ab ea: posset autez hoc concedi q̃ yle est desiderans for-
mam: si ipsa esset vacua ab omnibus formis: aut esset af-
fecta fastidio forme que adiuncta est ei: aut si non esset
contenta formis que perficiunt eam et faciunt eam esse
speciem: aut si posset ipsa moueri per se ad suscipiendam
formam: sicut lapis ad consequendum locum: aut etiaz
si esset in ea virtus mouens. Sed non est vacua ab om-
nibus formis: nec conuenit ei fastidire formam habitaz
vt studeat eam excutere et abijcere a se: q2 si propter acq-
sitionem alterius forme: venit fastidium habite forme:
iccirco q̃ habet eam: tunc debet vt non desideret eam.
Si autem fastidit eam propter longeuitatem temporis:
tunc desiderium accidet illi scd̃m tempus: et non erit de
sua substãtia: sed erit hic causa que hoc facit debere. Sz
non conceditur vt fit non cõtenta eo qd̃ habet: quasi de-
sideret vt cõiungantur contraria in se: q2 hoc est inconue-
niens: q2 inconueniens est fortasse qd̃ putatur deside-
re desiderio animalis: et desiderium vehemens non est:
nisi ad finem in natura perficiente: et fines naturales nõ
sunt inconuenientes. Cum hoc igitur quomõ concedi-
tur: q̃ yle moueatur ad formam: cum forma non adue-
niat ei: nisi ex causa que prius remouet eius formaz que
erat: non q2 ipsa acquirat eam sibi suo motu: et etiam si
non acceperent hoc desiderium esse formarum consti-
tuentium que sunt prime constitutionis: sed secũdarum
constituentium que consequũtur: acceptio huius deside-
rij adhuc esset difficilis: neduz cum attribuerint ei desi-
derium formarum constituentium: vnde propter hec
omnia: difficilis est mihi intellectus huius verbi: q2 ma-
gis vĩ hoc esse dictio figurate loquẽtiũ q̃ phylosophoz.
Fortasse poterit alius hoc intelligere recto intellectu: vñ
in hoc cõuertatur ad illum. Sed si esset loco yle simpli-
citer: aliqua yle iam cõstituta a forma naturali: et contin-
geret ex ipsa forma naturali que est in ea: motus ad per-
fectiones illius forme: sicut terra in descensu: et ignis in

ascensu: fortassis hec locutio adhuc eet possibilis: quis illud desiderium nō attribueretur: nisi forme agēti. Sed in yle simpliciter desiderium nō intelligo.

¶ Caplm. III. qualiter hec principia sunt cōia.

A Quoniam nostra speculatio fuit hic d cōibus pricipijs: debemus considerare in his pricipijs tria cōia: fm quē duorum predictorum modorum sunt cōia. post modum autem declarabitur q corporum quedā sunt receptibilia generatiōis ⁊ corruptionis: hoc est quia quedam sunt quorum yle renouat formam ⁊ amittit formam. Et quedam sunt que non sunt receptibilia generationis ⁊ corruptionis: sed esse eorum est perpetuum: ⁊ qm quidem hoc sic est: non erit yle cōmunis fm primū duorum predictorum modorum: qr nō potest yle cum sit vna: vt aliquādo recipiat formam generatorum ⁊ corruptibilium: ⁊ aliquādo recipiat formam eius qd non corrumpitur in sua natura: nec habz generationem materialē: qr hoc esset impossibile. Sed fortassis conceditur q sit yle cōis aliquibus corporibus. i. corporib⁹ generatis corruptibilib⁹ quorum alia generātur ex alijs ⁊ corrumpunt alia: sicut declarabitur ex dispositione quattuor que vocantur elementa. ¶ Fortassis autem ponitur materia subiecti forme que nō corrumpitur: ⁊ subiecti forme que corrumpitur materia vna in se apta recipere omnem formam. Sed ei qd nō corrumpitur contingit illud: qr adiūctum est forme que nō habet cōtraria. ergo causa q non generatur ⁊ non corrumpitur: erit ex parte sue forme que prohibet⁹ eius materiam ab eo qd est in natura eius: non ex pte materie obedientialis. ¶ Cum ergo sic fuerit: imo postq̄ sic est: sicut postea apparebit: tunc erit yle cōis fm hūc modum: ⁊ si sit cōis omnibus naturalibus: aut generatis ex corruptibilibus ex illis: est tamē de numero perpetuorum: eo q nō est ex re que mutetur in aliud. ¶ Si enim ita esset: opus haberet alia yle: ⁊ illa alia esset prior ea ⁊ cōis.

B ¶ Sed si naturalia habēt principium formale cōe fm primū modum: non inuenitur in formis q putemus sic esse: nisi corporeitatem. Qr si permutatio corporum in generatione ⁊ corruptiōe non fit nisi post formas corporeitatis: vbi gratia: sicut forma corporeitatis que est in aq̄: quādo mutatur in aerem remanet sicut erat in aqua: tūc erit pncipium corporum formale cōe illis oibus fm hūc modū: qr post hoc pncipium: adhuc erunt illis principia formalia: quorum vnūquodq erit proprium vniuscuiusq illorum. Sed si res nō ita est: sed cum corrumpitur aqueitas: corrūpitur corporeitas que erat in yle eius: pper cōsortium corruptionis aqueitatis: ⁊ generata est corporeitas alia numero similis illi in specie: tunc non habebunt corpora quale hoc est principium formale commune: postea autem apparebit loco suo veritas horum duorum modorum. Si haberent corpora principium formale huiusmodi: cum quedam ex eis habeant formam que nō separatur: tunc illud principium formale esset semper cōiunctum sue materie: ⁊ non esset ex illis que generātur et

C corrumpūtur: sed de perpetuis. ¶ Sed de priuatiōe ex sua dispositione claret q ex omnib⁹ priuationibus: non conceditur aliqua esse cōmunis fm primum modum: qr hec priuatio est priuatio alterius rei que potest generari: ⁊ qr potest generari: non est longe quin generet. Ergo tunc non remanebit ipsa priuatio: nō ergo tunc erit cōis. Sed cōmune secūdo modo ex duobus potest inueniri in vnaquaq materie horum principiorum: scz q sit cōmune omnib⁹ generatis ⁊ mutabilibus: qr omnia cōueniūt in hoc: q vnūquodq eorum habet formam ⁊ materiam ⁊ priuationem. Et hoc cōmune dicunt q non generatur: nec corrumpitur ppter hoc q vniuersalia nō dicuntur generari nec corrumpi. Sed vniuersalia dicūtur nec generari nec corrūpi duob⁹ modis. Intellectus vnius modi q vniuersale nō generatur nec corrumpitur est hic. s. qr nō fuit hora in mūdo prima in qua habuit esse primū singulare: aut prima singularia: in qua non predicaretur de illis aliquod vniuersale: ⁊ fuit hora ante illud in qua nullum eorum habuit esse: ⁊ in corruptione contrarium. Ergo huius modi fūt aliqui qui dicūt q hec pricipia cōmunia nec generātur nec corrūpuntur: ⁊ isti fuerunt homines qui dicerent q in mūdo semper est generatio et corruptio ⁊ motus: ⁊ q̄diu mundus eē habuerit. ¶ Secundi autem modi hic est. s. vt considerētur quid sunt: sicut quid est homo: ⁊ vt consideretur: an homo ex hoc q est homo generatur ⁊ corrumpitur: ⁊ inuenietur q intellectus quo est generatus: ⁊ intellectus quo est corruptus non est intellectus quo homo est homo: imo est quoddā qd concomitatur eum: ⁊ non est de substātia eius. Ergo sic dicūtur hec principia cōmunia iuxta scdm modum ex duobus modis predicte cōmunitatis: ⁊ nostra speculatio de principijs est hic hoc modo. Non enim loquimur hic de primo modo. Sed cū accesserimus ad singularia que habēt esse ex illis: inueniemus materias que generātur ⁊ corrumpūtur: sicut ligna ad lectum: ⁊ galle ad encaustrum: ⁊ yle prime de qua intimus q non generatur nec corrumpitur esse eius est perpetuum. ¶ Sed formarum alie sunt que generantur ⁊ corrumpūtur: ⁊ ipse sunt que sunt in generatis ⁊ corruptibilib⁹: ⁊ alie sunt que nec generātur nec corrumpūtur: ⁊ ipse sunt que habent esse in sempiternis. Aliquādo autem dicūtur nec generari: nec corrumpi alia ratione: qr fortasse dicit q forme que sunt in generatis ⁊ corruptibilibus: nec generantur: nec corrumpūtur hac ratione. s. qr nō sūt composite ex materia ⁊ forma: vt generentur ⁊ corrumpātur. Volunt et. n. generationem esse aduentum forme ad subiectum: ⁊ esse generatum compositum ex illis. Et corruptionem que est ei opposita. sed priuationis generatio: si ipsa habz generationē: hoc est. s. vt sit postq̄ non fuerit: ⁊ esse eius ⁊ accessus nō est esse qd habeat esse in se: sed est esse p accidēs: qr priuatio est priuatio rei designate in re designata in qua est illa in potentia. Ergo habet aliquem modum generationis etiam accidētaliter: ⁊ corruptionis accidentaliter. Ergo generatio eius est cum separat forma a materia: ⁊ sit priuatio hoc modo. Sed corruptio eius est cum recipit formam: ⁊ tunc priuatio que est huiusmodi nō habet esse: qr ita hec priuatio est priuatio accidentaliter: sicut esse eius est accidētaliter qd est corruptio forme: ⁊ eius priuatio est eē forme. Sz perfectio forme ⁊ esse non est nisi ex comparatione priuationis que cōtingit ei aliquo respectu. Constitutio autē priuationis ⁊ esse: est ex cōparatione ipsius ad formam. Ergo priuatio priuatiōis est respectus aliquis qui cōtingit forme ex respectibus relatiuis ex quib⁹ fortassis aliquis accidit ei aliquando vsq in infinitum: ⁊ potentia priuationis est hoc ordine: qr potentia vera est in comparatione effectus ⁊ pfectionis. Et nō est pfectio in priuatione. ergo non habet verum effectum. ¶ Debes etiam scire adhuc hec tria principia cōmunia quomō fm comparationem eorum conueniant vnicuiq illorum que cōtinentur sub eis. qr piget nos quod dicunt. scz q nomen vniuscuiusq illorum est translatiuū: qr si ita fuerit: labor phylosophorum erit irritus: qui imposuerunt multis principijs tria nomina: quorum vnūquodq contineat multitudinem aliquam pncipiorum: ⁊ tria nomina contineant ōia principia: qr satis poteramus excusari in hoc: vt iter nos cōueniremus in oibus: ⁊ vniuocaremur in eis. Et si hoc

Margin notes:

De corruptibile ⁊ incorruptibile dicit plus q̄ generet.

Vt 3 phm̄ p̄ celi ⁊ come. ibidem.

z. meta. ⁊ p̄ phys.

Po⁹ dicit or dine ad actū

P. celi. ⁊ 8 phys.

Vlia sūt perpetua p̄ natur.

D

7. meta. si gliatur spēs: sz spe ra caea.

5. phys.

Qui vocāt aliq̄ diuīone lo gicam.

E

faceremus aut nō faceremus:sed reciperemus: qđ fecerunt ipsi:non essent in manib⁹ nostris:nisi tria nomia: ⁊ ignoraremus itellectus principiorū vllo mō:vnde male fecit qui hoc tantū contētus esse voluit. Nō possumus etiaʒ dicere ꝙ vnūquodqꝫ eorum predicetur de contentis suis vniuoce pure:cum cadant sub vnoquoqꝫ illoꝝ diuersi modi diuerse predicatiōis:qui diuersificātur in itellectu ꝑncipalitatis ſm prioritatē ⁊ posterioritateꝫ. Sꝫ
ꝑ phy. 4° pōt:imo oꝫ:vt sigñatio eoꝝ sit sigñatio quasi equoca: sicut significatio esse est principij ⁊ vnius. Jam vero didicisti differentiaʒ inter vniuoca ⁊ equiuoca:⁊ quasi equi-
Diffō materie. ꝑ. phy. te. cō. 82. uoca in logyca. ¶ Ergo quicqđ dicitur esse yle habet naturaʒ que generaliter itelligitur ꝙ est res que solet recipere aliaʒ rem in sua essentia quā prius non habebat. Et hoc est vnde est quicqđ est:⁊ est hoc in illa non accidentaliter:⁊ aliquādo est simplex:aliquādo composita post
Sꝫ. ꝑmo phy. 2. ꝑ. simplices:sicut materies lecti. Et receptuꝫ aliquādo est forma substātialis:aliquando est affectio accidentalis:et quicqđ dicitur esse forma hoc est affectio recepta in hac re predicta:ex quibus fit aliqua reruꝫ hoc modo compositionis:⁊ quicqđ dicitur ꝑuatio:est non esse id qđ vocamus formaʒ in suo susceptibili. Et tota nostra speculatio de forma:⁊ de eius ꝑncipalitate ad id perducitur.scꝫ qđ est principium ex intellectu: qđ est vna ex duabus partibus generati:non ꝙ sit efficiens. ¶ Si autem conceditur ꝙ forma sit efficiens:iam declarauimus ꝙ naturalis non habet tractare de principio efficiente:⁊ principio finali cōmuni ſm moduꝫ primuꝫ omnibus naturalibus. Ergo debemus tractare de pricipio efficiēte cōmuni naturalib⁹ que sunt post eaꝫ. Quādoquideꝫ iam explicauimus de pricipijs que magis debēt vocari ꝑncipia.i.constituentia generati siue corpus naturale. ¶ Debemus ergo tractare de principijs que magis digna sunt vocari cause:⁊ ex illis notuꝫ faciemus principiuꝫ efficiens cōmune naturalibus:qđ est natura.

¶ Capłm 4m. De improbatione eorū que dixerunt Parmenides ⁊ Melissus de principijs essendi.

POstquā autē ad hoc peruēnimus: rogauerūt nos aliqui de socijs nostris:vt loqueremur de sentētijs quas adinuenerunt antiq de principijs naturalibus. Jam eniꝫ fuit vsus nominādi eas in ingressu scientie naturalis:⁊ vt induceremus verbum de natura:⁊ ipse sentētie sunt sicut sententia que dicta est Me-
ꝑ phy. te. cō. 7. lissi ⁊ Parmenidis.s.ꝙ ens est vnum nō mobile. ¶ Dixit eniꝫ Melissus:ꝙ est infinituꝫ:sed Parmenides ꝙ finituꝫ:q: sicut sentētia eius qui dixit:ꝙ ens vnuꝫ infinituꝫ receptibile motus:aut est aer:aut aqua:aut cetera ex his. Et sicut sentētia eius qui posuit ꝑncipiuꝫ infinitum numero.s.ꝙ aut sunt athomi disperse per inania aut minima corpora similia ei que generātur ex eis in aqueitate:⁊ carneitate ⁊ aeritate ⁊ ceteris:omnia cōmixta in eis:
Jn ꝑ phy. ⁊ alibi. ꝑ metha. 3. ꝯtu. ⁊ cetere sentētie que enumerātur in libris perhypatetitorum:q: etiaʒ ꝙ loqueremur de eis ſm modum quo illi destruxerunt sentētias eoꝝ. Sed dicemus ꝙ sentētias Melissi ⁊ Parmenidis nos nō ꝯprehendimus:nec possumus intelligere intentiones eorum:nec putamus eos adeo fuisse imperitos:sicut videtur in verbis eoꝝ. Ipsi eniꝫ etiam tractauerunt de naturalibus:⁊ de multitudine principioꝝ eoꝝ:sicut Parmenides concedit terrā ⁊ igneꝫ:⁊ ꝙ omnia generata componūtur ex illis. Unde videtur innuere:ꝙ ens ipsum est:qđ habet verum esse:sicut scies suo loco:⁊ ꝙ est infinitū non mobile:⁊ ꝙ est infinite potentie:⁊ ꝙ est finituꝫ intellectu ſm ꝙ finis est:ad queꝫ omnia perueniunt:⁊ in hoc ꝙ peruenitur ad illum putatur finituꝫ:ſm ꝙ peruenitur ad illum. Aut videtur ꝙ intentio eoꝝ sit alia:scꝫ ꝙ natura entis: vnde est natura essendi sit vna in intellectu:diffinitiōe aut descriptione:⁊ ꝙ cetera entia sunt aliud a natura ipsius eē: q: sunt talia quib⁹ aduenit esse:⁊ comitatur ea:sicut humanitas in ens:⁊ nō est ipsum esse:nec esse est diffinitio eius:sed esse est extra diffinitioneꝫ eius:⁊ aduenit eēntie eius:sicut declaratum est al's. Uidetur ergo ꝙ is qui dixit finituꝫ:noluit intelligere terminatuꝫ esse in seipso:nō naturas eētes in multitudine in infinituꝫ. Et qui dixit infinituꝫ:intellexit ideo ꝙ aduenit rebus infinitis. Et hoc non erit tibi obscurum ex eis que disces al's:q: homo in eo ꝙ est homo:nō est ens:inquātum est ens. Sed intellectus eius est extra illuꝫ:⁊ ꝑpter hoc est distributio vniuscuiusqꝫ rerum que cōtinentur in predicamentis:eo ꝙ vnaqueqꝫ illarum est subiectum entis:⁊ ens comitatur illaʒ. Aut si hoc noluerunt:sed potius proteruierūt: tunc nō est mihi posse aduersandi eis. Quia argumētatio qua improbetur eoꝝ sentētia:erit sine dubio composita ex propositionibus quas oportet in se esse manifestiores cō-
2. phy. te. 6. Jn metha. ñ aliqđ ē hor⁹ ꝑ phy. xx. 13. clusione. ¶ Sed nihil inuenio manifestius hac conclusione:aut vt sint concesse ab aduersario:sed non possum scire quā ex ipsis propositionibus concederet:q: si ipsi concessērint hoc absurduꝫ:quis promittet ꝙ ipsi audeant negare aliquaʒ ex propositionib⁹ que posite sunt in argumētatione contra illos. Et etiaʒ q: inuenio propositiōes multas quibus opponitur:illis minus notas ꝗ̄ sit conclusio ꝑpter quas volumus illas iducere. Sicut dicitur:q: si ens est substātia tantuꝫ:non erit finitum nec infinitum. Hec eniꝫ duo accessibilia sunt quātitati:⁊ quan-
ꝑ phy. 2. c. 15. titas accessibilis substātie:tunc ergo substātia ens:⁊ ꝗ̄titas ens.ergo ens erit pluſꝗ̄ duo. Sed cum attenderis: inuenies finitati aut infinitati opus esse ad certitudineꝫ sui esse:vt sit quātitas continua.s.mēsura certa. Sꝫ multum opus est exponere:ꝙ quātitas certa non est existēs: nisi in materia ⁊ in subiecto:q: hꝫ nō est ens:nisi in subiecto:q: hoc non potest exponi per se:sꝫ eget ad expositionem sui nō modico studio. ¶ Quomō ergo accipiemus hꝫ propositiones ad concludendū qđ patet per se: Similiter ⁊ illud dixerūt.s.ꝙ infinituꝫ est diffinituꝫ partibus sue diffinitiōis ⁊c̄. ¶ Sed sentētiarum ceteroꝝ hominuꝫ inueniemus destructioneꝫ in hoc loco: aliqua facili significatiōe. Nos eniꝫ iaʒ disposuimus verbum de his que postea sequūtur per qđ cognosces reuelationeꝫ sue tortitudinis cognitione sufficiēti. ¶ Et dicemus nūc ꝙ his qui dixerunt ꝑncipiuꝫ vnuꝫ esse:possumus opponere duobus modis. vno q: dixerunt ꝑncipiuꝫ vnum esse:altero q: viderunt ꝙ hoc principiū erat:aut aqua:aut aer. Sed opponere illis qui dixerūt:ꝙ principiuꝫ est:aut aq̄: aut aer:ibi erit melius:vbi loquemur de pricipijs generatorum corruptibilium:nō vbi loquimur de principijs cōibus:q: illi posuerunt illud ꝑncipiuꝫ generatis ⁊ corruptibilibus. Sed destructio dictiōis ꝙ principiuꝫ vnū
2. phy. ⁊ ꝑ de generatione. est:hec est:q: eorum sententia ponit omnes res conuenire in substantia:⁊ differre in accñtibus:⁊ negant esse diuersitateꝫ in corporibus ex specificis dñijs. sed in sequentib⁹ declarabiť ꝙ corpora differunt specificis differen-
ꝑ phy. 35. tijs. Qui aūt dicunt ꝙ principia ex qbus gnātur hec generata:infinita sunt:iā cognoscūtur ignorare gnāta: iō ꝙ dicūt ꝑncipia eoꝝ infinita esse. vnde nō cōprehēdunt ea sciendo:nec cōprehendunt ꝙ gnātur ex eis. Postꝗ̄ ergo non sunt in via sciēdi gnāta:quomō ergo scire poterunt: ꝙ ꝑncipia eoꝝ ifinita sunt. Sed opponere illis qui dixerunt ꝑncipia illa ifinita esse athomos dispersas eē ꝑ inania:aut posita in cōmixtione:melius erit ibi:vbi loq̄mur

de pncipijs gñatoꝝ corruptibiliũ:postq̃ autem puenimus ad hunc finẽ:terminemus hoc caplm. Capitulũ autem istud incidens est in hoc nostro libro. Uñ si quis voluerit interserere:interserat. q aũt noluerit:nõ interserat.

C Caplm quintũ. de notificatiõe nãe quid sit.

A Dicemus ꝙ corporibus que apud nos sunt:adueniũt actiões ⁊ motus:⁊ inueniemus ꝙ quedã eoꝝ venuit ex causis q̃ sunt extra ea:ex qbus fiunt i eis ipe actiões ⁊ motus:sicut calliditas aq̃ ⁊ ascẽsus lapidis:⁊ inueniemus ꝙ qbusdã eoꝝ adueniũt actiões ⁊ motus ex seipsis:nõ ex cã extrinseca:sicut aq̃ calefacta cum dimittit̃ p se frigescit ex sua natura:⁊ lapis in altum piectus:cũ relinquitur descẽdit ex sua nã. Et fortassis nr̃a opinio de ꝯuersione seminũ in alia:⁊ spermatũ in aialia erit sm hanc opiõnẽ:⁊ inueniemus et ꝙ aialia aguntur in oẽs suos motus sua sponte:⁊ nõ videmus ꝙ ipe illa necẽm habeãt extrinsecus:qui agitet ea illis motib⁹. Per h̃ ergo formabit̃ in nr̃is aiabus opinio:ꝙ motus ⁊ oĩno omnes actiões ⁊ passiones q̃ eueniũt corporib⁹:aliqñdo sũt ex causa extrinseca ⁊ peregrina:aliqñ ex seipsis:nõ ex causa extrinseca:sed eoꝝ q̃ sunt ex seipsis nõ ab extrinsecis:nos

B in pma speculatiõe ꝯcedimus:ꝙ quedã sunt instituta ad

6.phy.te.7. vnũ aliqd:⁊ non declinant ab eo. Et q̃dã sunt instituta ad multa:⁊ insuper ad varios modos:⁊ ꝯcedemus ꝙ oĩuꝫ hoꝝ modoꝝ. alij adueniunt spõte:alij nõ spõte:sicut aduentus lesiõis ex cadente lapide:⁊ cõbustio ex igne violẽte:⁊ hoc est qd̃ formatur in nr̃is aiabus. Post hoc autẽ qs faciet scire ꝙ hec corpora quoꝝ nõ inuenimus motorẽ extrinsecũ:moueant̃ ⁊ agant̃ ex pncipio extrinseco qd̃ nos non cõprehendimus neq; sentimus. Sꝫ fortassis angeli dicũtur mouere firmamẽtũ:aut vt firmamẽtũ remotũ est ⁊ nõ sentitur:aut fortassis est sensibile in sua essentia:⁊ nõ in actiõe:hoc est qꝛ nõ est sensibilis habitudo que ẽ inter ipsũ ⁊ patiens ab ipso q̃ significet ꝙ ex ea fiat ista actio:sicut hõ qui non vidit magnetem attrahẽtem ferrũ sensibilr:nec cognouit intelligibiliter ꝙ sit attrahẽs ferrum:qꝛ difficilis est hec cõprehensio sue itelligentie. Cũ viderit ferrum moueri ad ipm:nõ erit lõge ipsũ putare ꝙ moueat̃ ex seipso:sed faciemus põnẽ quã concedat nãlis:⁊ probet diuinus. s. ꝙ corpora que mouent̃ his motibus:quotiẽscũq; mouent̃ ex virib⁹ que sunt in eis:que sunt. s. pncipia suoꝝ motuũ ⁊ suaꝝ actionũ. Illarum viriũ q̃dã vis est que mutat ⁊ ꝯuertit:⁊ venit ex ea actio vno mõ non sponte. Et est q̃dam alia sponte:⁊ est alia vis varioꝝ motuum ⁊ actionũ sibi nõ sponte:⁊ est alia vis similis sponte. Similr est diuisio in quiete. Prima ergo diuisionum est sicut vis lapidis in suo descensu:⁊ quies eius in centro. Et hec vis vocat̃ natura. Secũda vis est sicut solis in circuitu suo apud sapientiores phoꝝ:et vocatur anima angelica. Tertia est sicut vis herbarum

C in nascẽdo ⁊ crescendo ⁊ quiescendo:qꝛ ipse mouent̃ nõ sponte:⁊ diuersis motibus. s. erigendo:radicando:dilatãdo:elongando. Et vocatur aĩa vegetalis. Quarta est vis animaliũ:⁊ vocat̃ anima sensibilis:⁊ fortassis omnis vis ex qua venit actio nõ sponte:vocatur natura. Unde aĩa vegetabilis:natura vocat̃. C Et fortassis vocatur natura omnis vis, ex qua venit sua actio sine cogitatiõe ⁊ discretiõe:sicut aranea dicit̃ texere ex natura:sicut ⁊ similia aĩalia. Sed natura est qua corpora nãlia sunt nãlia:⁊ qm̃ volumus hic ingrere est natura sm primũ modum.

2.phy.t.2.6. C Mirũ est autem illud qd̃ dicunt. s. ꝙ qui inquirit an ipsa est:certe deridẽdus sit:sed puto hoc eos noluisse intelligere:ꝙ nãlis si ingrit an natura est:deridendus est. Ideo qꝛ vult ex ipsa sua arte pbare pncipia eius. Si aũt hoc voluerũt:aut aliquid aliud hẽ:sed voluerũt hoc:sꝫ qꝛ esse huius ṽtutis manifestũ est per se:hoc ego non audiam nec dicam quo mõ hoc dicam:cum difficile sit inuenire motorẽ vniu;cuiusq; rei motẽ:cũ iam etiã in h̃ diu laborauerit ipse qui hãc iniam dedit. Quo ergo deridebitur q motũ videt:⁊ querit rõnem:an habeat motorẽ. Et querit ab eo vt cõcedat esse motorẽ:⁊ ꝙ sit extra. Sꝫ veꝝ est:qꝛ dictio de esse nãe pncipium est scientie nãlis:⁊ nãlis non dꝫ respondere negãti eã. Sꝫ eius diffinitio pertinet ad tractatores phie prime:nãlis autẽ debꝫ scire certitudinem qd est. sed iã diffinierunt nãm dicentes ꝙ ipsa est primũ pncipiũ motus rei in qua est ⁊ quietis eius per seipsam:nõ per accñs. Non qꝛ necesse est:vt omni rei nãli simul sit pncipiũ vtriusq;. s. motus ⁊ quietis:sed vt per se sit principium aut motus si fuerit:aut quietis si fuerit. Sꝫ postea visũ fuit cuidam q successit ꝙ hec descriptio esset imperfecta:vñ ⁊ voluit ei addere dicẽtis:qꝛ hec descriptio effectũ nature significat:non substãtiã: nõ. n. significat nisi habitudinẽ eius ad id qd̃ venit ex illa:⁊ iõ oportet:vt addatur eius descriptio:⁊ dicat̃ ꝙ nã est virtus diffusa per corpora que attribuit eis formas ⁊ figuras. Et est pncipiũ sic ⁊ sic. Nos autẽ incipiemus declarare intẽtionẽ descriptiõis posite ab auctore primo:⁊ postea redibimus ad refellendã hui⁹ garruli supfluam additionẽ huic descriptioni demõstrãtes:qꝛ qd̃ dixit:pessimũ est ⁊ falsum:⁊ nõ est opus eo:nec etiã ad cõmutandum. Et dicemus ꝙ itellectus hui⁹ qd̃ dicitur pncipium motus hic est. s. pncipiũ efficiens:ex quo venit motus in aliũ a se. s. corpus mobile. Et qd̃ dictum est primũ:intelleximus ppinquũ. s. vt inter illud ⁊ mobile non sit mediũ. Fortassis anima. n. pncipium est aliquoꝝ motuũ corporum in qbus est:sed mediãte alio. Jam. n. opinati sũt alij qui horum:ꝙ anima facit motũ locoꝝ mediante natura. Sed non video ꝙ nã conuertat motum mẽbroꝝ cõtra seipsam ppter obediẽtiam sui ad aiã. Et si sic natura ꝯuerteret:non ꝯtingeret lassitudo:quando cõpellit illam aĩa ad id qd̃ nãe nõ conuenit:⁊ officium aĩe non attraheret ad se officiũ nãe. Si aũt voluit dicere:ꝙ anima facit appetere:⁊ ex illo appetitu mouet̃. similr etiã natura facit hoc:sicut postea declarabit̃. Et fortassis iste appetitus nõ est motor:sed est res per quã mouet motor. Et si anima habuerit mediũ in mouendo:nõ erit ille iter motus locales:sed iter motus gñationis ⁊ vegetatiõis. Uñ qꝛ voluerunt ꝙ diffinitio hec esset cõis oĩbus motibus:

E ideo addũt ei primũ. qꝛ aĩa aliquãdo ẽ in re mobili:⁊ mouet aĩa id in quo ipsa ẽ motu vegetatiõis ⁊ alterationis:sꝫ non pmo:imo cum administratiõe nãrum ⁊ qualitatũ:⁊ hoc declarabit̃ postea:sed qd̃ dictũ est rei in qua ẽ:hoc dicit̃ ad drĩam nãe ab artificiali ⁊ violẽto:sed qd̃ dictuꝫ est per se:hic iã itelligitur duob⁹ modis:vno in comparatiõe eius ad rem mobilẽ:⁊ altero in cõparatione eius ad mouentẽ:⁊ in pmo mõ sic itelligitur:ꝙ nã mouet per seipsaꝫ qñ est in dispõne:vt ipsa moueat:qꝛ non est possibile:vt ipsa nõ moueat:nisi ipediatur aliquo motu contrario:sicut est motus cogens. Scdo autẽ mõ itelligit̃ ꝙ nã mouet gcqd ipsius mouet per eẽntiã nõ extrinsecus. Et qd̃ dcm̃ est non per accñs:itelligit̃ etiã duob⁹ modis:vno in cõparatione nãe. scdo autẽ in cõparatione mobilis. In cõparatione aũt nãe sic:qꝛ nã est pncipiũ eius qd̃ mouet̃ certe per se:nõ per accñs. Et motus accñtalis ẽ sicut motus gescentis in naui ex motu nauis. C Scdo autẽ modus est:ꝙ quãdo nã mouet statuam:nõ mouet nisi accidentalr:qꝛ nõ mouet essentialr nisi eã:non autẽ statuã:qꝛ statua vnde est statua:nõ mouet̃ a nã sicut lapis. Et iõ medicus non erit nã:cũ ipse sibi medet̃. Et physica mo-

5. meta.
2. phy. te. cõ. 3.
D

net qd in ipsa est:qr est in eo:nõ vñ est infirmus:sed vn-
de ẽ medicus. Quia cũ medicus medeť sibi ⁊ curať: nõ
curať vñ est medicus:sed vnde medicatus. Quia vñ est
medicatus est alius:⁊ vñ medicus alius:qr vnde est me-
dicus est efficiens medicinã ⁊ cõponens. vñ aũt medica
tus:est recipiens medicinã ⁊ infirmus. Sed additio il-
la quã voluit addere ille qui voluit corrigere p̃mos:est
inanis:qr virtus quã posuit quasi genus in descriptione
nãe:hoc est vis efficiens:⁊ cũ eã diffinierit:diffiniet ꝙ est
p̃ncipiũ motus vnius in aliud:vnde est aliud. Et itellcũs
v̾tutis non est alius:nisi qr est p̃ncipiuȝ motus qui est in
re:⁊ nõ est intellectus penetrantis:sed qr est in re: ⁊ non
est intellectus formantis aut figurãtis:sed potius ex in-
tellectu mouentis. Et nõ est intellectus custodiendi for-
mas ⁊ figuras:sed ex intellectu quietandi illas. Et si hic
hõ diceret:ꝙ nã est p̃ncipiũ existẽs in corporibus ad mo
uendum ea ad suos profectus:⁊ quietandũ ea in eis:⁊ ꝙ
est p̃mũ p̃ncipiũ motus rei in qua est:⁊ quietis eius per
se ipsam:non per accidens: ipse non esset nisi iterans ver
ba quibus opus non est. Silr si cõmutaret aliquaȝ par-
tem sue loquutionis per v̾bũ qd esset multiuocũ ad illã:
repeteret verbũ:nec putaret se repetisse:⁊ per hoc corre-
ctor ille iperfecte d̾scriptionis sicut existimat:putauit ꝙ
cũ dixit virtutẽ:iam significauit essentiã non relatiuam
ad aliũ:ꝙ non vtiqȝ fecit:qr qd intelligit virtus hoc p̃n-
cipium motus ⁊ q̃etis ⁊ nihil aliud:⁊ virtus nõ describi-
tur:nisi ex cõparatione relationis:vñ non recessit ab ea:
qñ dixit virtutẽ. Quicqd ḡ hic homo dixit:nõ fuit nisi va
nuȝ ⁊ falsum. Intellectus ergo eius qd dixit diffinitor p̃-
mus.s.ꝙ ẽ p̃ncipiũ motus ⁊ quietis:non voluit dicere:ꝙ
sit p̃n^m motus localis tñ:ita ꝙ non sit p̃n^m motus ſ3 q̃li-
tatem:sed voluit dicere:ꝙ quicquid fuerit p̃n^m cuiuscunqȝ
motus per seipsum:hoc est nã. Sicut p̃n^m motus qui est
in q̃ntitate:⁊ qui est in q̃litate:⁊ qui est in loco ⁊ in ceteri:
si fuerit aliquis motus. Sed postea declarabunť mane-
ries motuũ. Sed p̃n^m motus quo mõ est in q̃ntitate(hoc
E est).s.dispõ nãe ex qua venit augmẽtũ dilatatiõis in spa
cio:aut cõctio cõstrictionis in spacio: qr hoc est moueri de
q̃ntitate ad q̃ntitatẽ. Et si volueris intelligere crescere ex
nã tñ ⁊ extendere:⁊ acceperis nãm ex intellectu vnius
intentionũ predictaꝝ tñ:fac. Sed q̃ñ est p̃n^m motus in
qualitate:hoc est sicut.s.dispõ nãe aque:cuȝ acciderit ei:
Cõtra se. in cõmẽ. vt recipiat qualitatẽ extraneã quã non habet per nãm.
¶ Frigiditatẽ etenim hȝ per nãȝ:vñ cũ coactio remota
fuerit:nã sua conuertet aquã in suã q̃litateȝ: ⁊ quietabit
eã in illa. Silr corporꝝ cũ corrumpunť complexiões po
stea nititur nã:⁊ reuocat eã complexionẽ conuenienteȝ.
Sed in loco manifestũ est:qr hoc est sicut dispositio nãe
lapidis:quũ mouet cũ deorsum:⁊ dispõ nãe ignis:quum
mouet eũ sursuȝ. Sed q̃ñ est p̃n^m motus in substãtijs ħ
est:sicut dispõ nãe:quã mouet ⁊ preparat ad formã mãȝ
cũ apparatu q̃ntitatis ⁊ q̃litatis: sicut scies postea. Sed
formam ei fortassis nã nõ attribuit:sed p̃parať ei:⁊ hȝ eã
aliũde. Unde melius est:vt cognoscať hoc ex alia sciẽtia.
¶ Ergo ħ ẽ diffõ nãe que ẽ ei gnãlis ⁊ cõuertibilis: ⁊ dat
vnicuiqȝ nãꝝ que sunt sub ea:intellectũ eius.

A ¶ Capl'm sextũ. de cõpõe nãe ad mãȝ ⁊ formã ⁊ ad motũ.

Tu scis ꝙ vnũqdqȝ corp^s hȝ nãm:
mãȝ ⁊ formã:⁊ accñia. Nã
eius est vis ex qua venit motus eius:⁊ p-
mutatio:que sunt in eẽntia eius: silr qes
eius ⁊ status. forma eius est essentia eius
ex qua est id qd est:mã eius:est id qd in-
telligiť:subm esse sue forme. Accñia sunt
ea que qñ mã eoꝝ fuit informata forma eoꝝ: ⁊ cõstituta
fuerit eoꝝ spẽlitas:aut simul concreanť:aut accidũt ex-
trinsecus:⁊ fortassis nã rei aliqñ erit ipsa forma:aliquan
do non erit. Sed in simplicibus nã est ipsa forma:⁊ natu
ra aque est ipsa forma qua aqua est aqua. Sed nã ẽ vno
respectu:⁊ forma alio respectu. Cum.n.cõsiderať ſ3 actio
nes ⁊ motus que veniunt ex illa:vocať nã. Qñ vero cõ-
sideratur ſm hoc ꝙ cõstituit spẽm aque:⁊ non attendun
tur motus ⁊ ĩpressiones que veniunt ex ea:forma vocať.
Unde forma aque:fortassis est vis que ex mã aque con
stituit spẽm que est aqua. Et hoc est non sensibile:ex qua
veniunt passiões sensibiles:vt frigiditas sensibilis: ⁊ põ-
derositas sui descensus que est inclinatio in actu que nõ
est corpi:qñ ẽ in suo termio nãli. ¶ Ergo actio nãe sicu-
ti in suba aque est:aut respectu patiẽtis ab ea frigiditas: B
aut respectu agentis in illa hũiditas:aut respectu loci nõ
proprij motus:aut comparatione loci p̃prij:quies:⁊ hec
frigiditas ⁊ hũiditas sunt accidentia que comitãtur na-
turã:quã non fuerit qd p̃hibeat. Nõ aũt oĩa accidentia
sequuntur formã in corpore:qr forma aliqñ est p̃parãs
mãm ad patiendũ a re extrinseca que accidit: sicut cum
preparat ad recipiendũ accidentia artificialia:⁊ m̃lta ex
accidentibus nãlibus. Sed in corporibus compositi nã
est sicut aliquid forme:⁊ non est ipsa forma:qr corpa cõ-
posita non sunt id qd sunt ex sola virtute que mouet ea
essentialiter alicubi:q̃uis necẽũ est:vt qñ fuerint qd sunt
sint in eis ipse virtutes. Sed veluti ipsa virtus sit ps sue
forme:⁊ tanqȝ forma eoꝝ sit cõiuncta ex multis intẽtio-
nibus ⁊ adũata:sicut hũanitas que retinet in se vires na
ture ⁊ vires aĩe:qr qñ cõiungantur aliquo modo cõiũctio
nis hec oĩa constituunt essentiã humanaȝ. Sed quis sit
hic modus coniunctionis:melius est vt declareť in p̃hia
p̃ma. Si qui aũt voluerint appellare nãm:nõ id qd nos
diffinimus:sed id ex quocũqȝ veniunt actiones rei q̃cũqȝ
modo:siue sit iste modus quẽ nos d̾ nã diximus:siue nõ
sit:fortassis nã cuiuscũqȝ rei:erit tunc forma eius. Sȝ rõ
nr̃i p̃positi exigit:vt nomẽ nãe ei ponamus qd diffiniui-
mus. ¶ Hoꝝ aũt accidentiũ quedã sunt que accidunt
extrinsecus:quedã sunt que accidunt ex suba rei. Sũt.n.
quedam que cõsequunť mãm:vt nigredo ethyopis:⁊ cica
trices vulneꝝ:⁊ extensio stature. Sunt ẽt quedã que cõ-
sequunť formã:sicut spes ⁊ gaudiũ ⁊ potentia ridendi ⁊
cetera in hoĩbus. Quia ħ q̃uis ad esse suũ necessario exi
gant:vt mã habeat eẽ:tñ origo eoꝝ ⁊ p̃n^m ex forma ẽ:qr
ẽt inuenies accidentia que comitanť formã: ⁊ oriunť ex .2. de aia.
ea:⁊ accidũt ei alio modo:⁊ non egent participatiõe mãe.
Et hoc scies qñ declarabitur tibi scientia de aĩa. Sũt ite-
rum accidentia que egent mã ⁊ forma.⁊ oriunť ex vtra-
qȝ eaꝝ:sicut dormitio ⁊ vigilatio: q̃uis ex illis quedam
sunt p̃pinquiora forme:vt vigilatio:quedã v̾o p̃pingo-
ra mãe:vt dormitio. Que vero cõsequunť ex parte mãe:
aliqñ remanẽt post formã:sicut cicatrices vulneꝝ: ⁊ ni-
gredo ethyopis post mortẽ. Ergo nã vera est illa quam
inuimus. Et differentia inter ipsam ⁊ formã est illa quã
inuimus. Et dr̃ia inter ipsam ⁊ motũ:multo manifestior Ut discors ab Arist. 2. physico.
est. hoc aũt nomen nãe iam accipiť ex multis itellectib^s:
sed qui magis digni ⁊ p̃prij sunt:tres sunt:dr̃.n.nã:p̃nci^m
qd predixim9. Dicitur nã: qua cõstituiť suba cuiuscũqȝ
rei:dr̃ nã:essentia cuiuscũqȝ rei. Qui aũt dicũt nãȝ:id q̃ cõ-
stituitur suba cuiuscũqȝ rei:merito diuersificanť in eo ſ3
diuersitatẽ suaꝝ sententiaꝝ ⁊ intẽtionũ. Quia qui diuer
tit ad dõm ꝙ pars que dignior est ad cõstruendũ omnes
subas:illa est mã eaꝝ ⁊ yle.dicit ꝙ nã cuiuscunqȝ rei:est
mã eius. Qui aũt dicit:ꝙ forma hic magis mereť ponit
eam nãm rei:fortassis aũt inter tractatores fuerunt aliq
q putauerunt:ꝙ motus est p̃mũ p̃n^m qd acqrit substãtijs

suas perfectiones: et constituerunt illas: nām cuiuscūq; rei. Qui vero dicit nām cuiuscūq; rei formā eius: ponit eas in simplicibus: essentiā illorum: et in compositis eorum cōplexionem. Sed postea scies quid sit cōplexio: nunc tñ interim aliquid dicemus de ea.

S. pma seni. D

¶ Dicimus ergo q̄ complexio est qualitas veniens ex reciproca passione qualitatū 2riarum in corporibus sibi permixtis. Antiqui āt priores solebāt nimis cōmendare et preferre nām: et dicere q̄ ipsa erat nā.

Arist. 2. phy. tex. co. 7.

¶ Ex quibus erat antiphon quē nolat doctorū primus de quo dicit: q̄ constituerat et ratum habebat q̄ mā erat nā: et illa cōstituebat substantias: et dicebat: q̄ si forma esset nā rei: lectus cum putresceret: conuerteretur in id qd̄ faceret ramum: et eius ramus fieret lectus. Sed nō est ita. Imo redit in suam nām lignealē: et nascitur lignū. Quasi hic homo vidisset: q̄ nā est mā: et non ois mā: sed mā cuius essentia 2seruata est in vnaq̄q; permutatione: et tāq̄ non discerneret inter formā artificialē et nālē. Sed non discernit inter id qd̄ accidit: et formā: nec sciuit: q̄ cōstituens rem: necesse est: vt sit de esse eius rei que non est necesse in priuatiōe eius: vt permaneat cum fuerit priuata. Quia quid prodest nobis: vt res sit permanens in dispositionibus et esse eius: cū non sufficiat ad hoc: vt res hēat esse in actu: sicut hoc qd̄ est yle: que nō dat rei esse in esse actu: nisi hoc qd̄ ei tribuit potentiā sui esse. Sz forma est que ducit ad effectū. Nōne. n. vides: q̄ quā ligna et lapides siue lateres habuerint esse: domus erit in potentia: Sed eius eē in effectu: habetur ex forma sua: et si possibile esset formam esse sine mā: mā non esset necessaria. Qr hoc homo ignorauit: q̄ ligneitas forma ē que seruatur: etiam tunc qñ nascitur. ¶ Ergo si qd̄ necessariū est intelligere esse nām: hoc est qd̄ dat rei substantialitatē suā: tunc forma adhuc dignior ē. Et qñ corpora simplicia sunt id qd̄ sunt in actu ex suis formis: et nō sunt id qd̄ sūt ex suis materijs. Alioquin non diuersificarentur. tunc clarum est: qr nā non est mā. Sed in simplicibus est forma: et ipsa in se est forma formarum: non mā mārum. Sed in compositis nō te latet: q̄ nā diffinita sola non dat eis eēntias eorum: nisi cum adiuncta fuerit alijs additiōibus quousq; euocetur forma eorum perfecta: nā: ad modum multiuocorum. Et tunc de hoc et de primo: dicetur nā cōiter. Sed motus hoc est q̄ magis lōge est: vt sit natura rerum. Quia ille est: vt manifestabitur postea: qui aduenit ex dispōne imperfectionis: et est peregrinus a substantia.

¶ Capitm septimum. de verbis denominatiuis a natura: et declaratione significationum suarum.

A

.2. phy. te. co. 4.5.

HEc sunt verba que ponūt et dicūt. s. natura naturale: et qd̄ habz nām: et qd̄ ē ex nā et naturalr: et qd̄ currit cursu naturali. ¶ Sed nāle est: quicquid ē cōparatum nāe: et cōparatū nāe est: aut in quo est nā: aut qd̄ est per nām: et in quo est nā: hoc est q̄ formatur nā: aut cuius nā ē: vt pars sue forme. Sz qd̄ est per nām: hoc est. s. impressiones et motus: et quicqd est eiusdem generis cum illis: vt locus et tempus et cetera alia. Sed qd̄ habet nām: hoc est qd̄ habet in se hoc pn^m: et hoc ē corpus mobile ex sua nā: et quietū ex sua nature. ¶ Sed qd̄ est ex nā: hoc est cuius eē est in actu: aut sua existentia in actu ex nā: siue sit esse pmū: sicut indiuidua nālia: siue sit esse 2^m: sicut species nāles. Sed qd̄ dicitur naturalr: hoc ē qd̄ imitatur nām quocūq; mō: siue sit qd̄ ab ea exigitur: sicut indiuidua et species substantiales: siue sint comitantia illā: sicut accidentia comitātia: aut subsequentia. Sed qd̄ currit cursu naturali: hoc est sicut motus et quietes quas facit nā per seipsam et per suā eēntiā: et nō preter solitū: qr qd̄ est preter solitū: aliqñ est ex causa extranea: aliqñ est per seipsam: ex causa recipiēti actionem eius: hoc est materia. Quia caput latum et digit⁹ superfluus: non sunt currentes cursu nāli: sed sunt naturaliter et ex natura: qr causa eorum nature est: sed nō propter se: sed pp recipiens: hoc est quia materia est in tali dispositione sue quātitatis et q̄litatis sue: vt recipiat istd̄.

B

Et natura dicitur ad modū particularis: et ad modū vniuersalis. Sed que dicitur ad modū particularis: hoc est natura propria vniuscuiusq; indiuidui. Sed que dr̄ ad modū vniuersalis: fortassis aut erit vniuersal: 2siderata vt species: vt erit vniuersalis absolute: et ambe non habent eē in signatis indiuiduis: nec sunt essentie existentes: nisi in intellectu.

De hoc i meta. sua tracta. 6. ca. 5.

¶ Dico. n. q̄ nō hñt esse nisi particulare: vnū autem eorum est qd̄ intelligimus. s. q̄ pncipio eius modi qd̄ dat oībus singularibus sue speciei esse illorum. Scdm autē est qd̄ intelligimus de pncipio qd̄ 2tinet oīa q̄q; in suo ordine: et iam putauerunt aliqui: q̄ vnūqdq; eorum est virtus habens esse. Sed pma est diffusa in singularibus spēi: et altera est diffusa ī oībus. Et quidam eorum putauerunt q̄ vniuscuiusq; horum: suū esse et sua origo a pmo pncipio est vnū: sed diuiditur scdm diuisionem totius: et diuersificatur in recipientibus. Sed nihil horum debet audiri: qr nō habēt esse: nisi vires diuerse que sunt in recipientibus: et nunq̄ fuerant vnū: qd̄ postea diuideretur. Sed cōcedo q̄ hñt cōparationē ad vnū: et illa cōparatio quā habent ad vnum qd̄ est pncipiū: non aufert diuersitatē eorum quā habēt ex rebus: nec facit eas comparatas nudas vel abstractas in se esse. Quia nā non habet esse ex hoc intellectu: nec in eēntia pmi pncipij. inconueniens est. n. vt habeat in sua eēntia aliqd qd̄ sit extraneum a sua eēntia: sicut scies postea. Nec sunt vnū in via veniēdi ad res: ad modum alicuius fluentis anteq̄ perueniant: nec habent esse vnū aliqd̄ in rebus sine diuersitate.

C

¶ Sed nā cuiuscūq; rei aliud est in specie et numero: nec etiā exemplū qd̄ dant de apparitione solis: est ita: quia a sole non dscendit aliquid qd̄ cōstituat vnū aliqd̄: nec corpus: nec accidēs: sed eius radi⁹ fit in recipiente: et fit in vnoquoq; recipientiū alius nūero. Et ille radius non habet esse in nō recipiente: nec est aliquid qd̄ fit ex collectione radij substantie solis q dscēdit a sole ad māis: vel degit et vestit eas. Sed 2cedo q̄ si non variaretur recipiens: et esset vnum: impressio esset vna scdm illud tunc. Sed certitudo hui⁹ declarabitur in alia scia: tamen si fuerit nā que sit vniuersalis hoc modo: nō erit vniuersalis: iō qr est nā. Sed qr aut est intellecta apd̄ pmos qui sunt pncipia a quibus descēdit dispositio oium: aut qr est nā alicuius pmi corporis ex celestibus corporibus: qbus mediantibus seruatur ordo. Et non erit oīo vna nā que sit vna in essentia: diffusa in alia corpora. Sic aūt debes intelligere nām vniuersalē et particlarē. ¶ Post hoc āt scire debes: qr multa sunt extra cursum naturalem particularē que non sunt extra cursum naturalem vlem: qr mors cuiuis nō est ex lege nāe particularis: que ē Socratis: est tñ ex lege nāe vniuersalis: sz multis modis: tū. s. vt anima exuatur a corpore ad felicitatē beatorum: que est causa propter quā creatus est homo. Sed si degenerauerit: hoc non fit causa nature: sed causa male electionis. Tum vt alij homines habeāt esse qui tantum debent habere esse: quātū et hi qui modo sunt. Quia hi si semper viuerēt: ceteros nō caperet locus: nec sufficeret eis vict⁹: nec in potentia materia eēt sufficiētia aliorum cū et ipsis debeatur esse quale est horum esse: et nec illi mererentur pmutationem semper: nec isti vitam semper. ¶ Ergo hoc et cetera alia: acquiruntur ex nā vniuersali. Similiter digitus superfluus acquisitus ē ex natura vniuersali que dat vnicuiq; materie qcquid forme preparatū est ei sine super

fluitate. Si autē superfluitas fuerit in materia que meretur formaꝫ digitalē: non prohibet nec diminuit.

¶ Capitulum. VIII. de quibus debet intendere scia nālis: ꝛ in qbus ꝯueniat cū alijs scientijs: si ꝯuenit.

A Postq̄ᵐ iam scis nāꝫ: ꝛ scis ea q̄ sunt naturalia: tunc iaꝫ declaratuꝫ est tibi apertissime de quibus tractat h̄ scia naturalis. Et q2 q̄titas diffinita est: vna ex his que comitāt hoc corpus nāle: ꝛ ex suis accntibus essentialibus .s. longitudine ꝛ latitudine ꝛ spissitudine designatis: ꝛ figura est vna ex his que comitantur q̄titatē: tunc figura est vna de comitantibus corpus nāle. Et q2 geometrie subiectū est q̄titas: tunc subiectū eius est vnū ex accidentibus huius corporis naturalis: ꝛ q2 accidentia de quibus tractat geometra accidentia sūt huius accidentis. ¶ Ergo s̄ꝫ hoc Geometria fit particularis aliq̄ modo apud scientiā naturalē. Sed geometria pura non conuenit cū scientia naturali in questionibus. Sed scia numeri est remotior a ꝯuenientia cū nā: ꝛ est maioris simplicitatis. Sꝫ sunt alie scie sub his. sicut scia de pōderibꝰ: ꝛ scia musice: ꝛ scia d̄ speris mobilibꝰ ꝛ scia de aspectibꝰ: ꝛ scia d̄ astrologia: ꝛ iste sūt ꝓpīgores ꝯuēiētie scie nālī. Sed sciētia de speris mobilibus: simplicior est omnibus illis: ꝛ eius subiectū est spera cuꝫ motu: ꝛ motꝰ multā habet conuenientiā cū q̄titatibus propter suā cōtinuationē: q̄uis suā continuatōēꝫ nō habeat ex sua eēntia: sed ex causa cōtinui cursus aut temporis: sicut postea declarabimus: ꝛ ēt probatiōibus quas inducunt in scia de speris mobilibus: non ponunt ꝓpōnes naturales vllo modo. Scie vero musice subiectuꝫ sunt thoni ꝛ tēpora: ꝛ habꝫ p̄ncipia a scia naturaliū ꝛ scia numeroꝝ. ¶ Silr̄ scie de aspectibus: ꝛ scie de pōderibus subiectū sunt q̄titates comparate ad aliquē situꝫ visus: ꝛ habent p̄ncipia a naturalibus: ꝛ a geometria: ꝛ he omnes scientie non conueniunt cū scia naturali in questionibus vllo modo. Sed oēs tractant de his que sunt sibi subiecta s̄ꝫ q̄ hn̄t q̄titatē: ꝛ s̄m q̄ accidunt eis coaccidētia q̄titati. Nec q2 intelligūtur accidere q̄titati: debet idcirco poni q̄titas in corpore naturali in quo est p̄nᵐ motus ꝛ quietis: q2 nō est necesse. B Sed scie astrologie subiectū ē maxima pars subiecti scie naturaliū: ꝛ p̄cipia eius sunt nālia ꝛ geometrica. Sꝫ naturalia sunt sicut hoc qd̄ d̄r: q̄ motus corporum celestiū: necesse est: vt sit semper vnius modi: ꝛ cetera similia his de quo multa dixerūt in p̄mo libro Almagesti. Sed geometrica nō sunt occulta. Et geometria differt ab alijs sciētijs in hoc q̄ participat cū scientia naturali in qōnibꝰ ēt. ¶ Ergo subiectū suaꝝ questionum est aliquid de subiectis questionū scie naturalis: ꝛ etiam predicatum in illis est aliqd̄ accidens ex accidētibus corporis naturalis: qd̄ est etiam predicatū in questionibꝰ scie naturalis. Sicut terra est sperica: ꝛ celū ē sphericū ꝛ similia. ¶ Ergo hec scia est quasi sit mixta ex naturali ꝛ disciplinali. Cum disciplinalis pura sit abstracta nō in materia vllo modo. Et hoc quasi sit ponens hāc abstractaꝫ in materia designata. Sed propositiones quibus ꝓbantur questiones que sunt cōmunes tractatoribus sciētie: astrologie ꝛ naturalis: sunt diuerse. Quia ꝓpōnes disciplinales sunt inuestigatrices speculatiue vel geometrice. Sed ꝓpositiones naturales sumpte sunt ab eo: ꝓp̄ qd̄ suū eē est natura corporis nālis: ꝛ aliquādo cōmiscet naturali: ꝛ recipiet propositiones disciplinales in suis ꝓbationibus: ꝛ ecō. Silr̄ cōmiscet disciplinalis: ꝛ recipit ꝓpositiones nāles in suis ꝓbationibus. C Et cū audieris q̄ nālis dicit: q̄ si terra non esset sperica: qd̄ remanet de lunari eclypsi: non esset actuale. Scias quia iam cōmiscuit: ꝛ cum audieris: q̄ disciplinalis dicit: q2 ex corporibus sili h̄ est dignius qd̄ est dignioris figure que est rotunda: ꝛ qd̄ partes terre mouent ad illud in directū: ꝛ silia his: scias q2 iam cōmiscuit. ¶ Attēde ergo q̄ūo disciplinalis ꝛ naturalis differunt in ꝓbatione huius .s. q̄ aliqd̄ ex corporibus simplicibus est sphericū: q2 disciplinalis sumit ad declarationem huius qd̄ inuenit in dispositione planetaꝝ: in ortu .s. eoꝝ ꝛ occasu: ꝛ recessione ab hemisperio: ꝛ accessione ad illud. Non .n. h̄ esset possibile: nisi terra esset sperica. Et naturalis dicit q̄ terra est corpus simplex: q̄ figura eius nālis quā debet habere ex natura sua: ē in toto sibi cōsimilis: ergo est inconueniens: vt sit in ea diuersitas. Qz sit in vna eius parte angulus ꝛ in alia parte recta linea: aut q̄ i alia parte eius sit aliquis modus curuitatis: ꝛ in alia diuersus ab ea. ¶ Primus ergo ducit ꝓbatiōes sumptas ex comparatione oppositionū ꝛ situū: ꝛ distantiaꝝ: ita vt non sit ei opus aliquo intellectu virtutis naturalis: vt per eam probet intentionē suā. Et inuenimus q̄ scd̄s inducit ꝓbationes sumptas ab eo qd̄ debet natura corporis naturalis: vnde est naturale. ¶ Ergo p̄mus dixit: q̄ est .a. ꝛ non dixit cām: ꝛ alius dixit cām: ꝛ quare est. Numeris aūt ex quo sunt nūeri: aliquādo inueniunt̄ ea que sunt nālia: cū inuenitur par eis vnū: ꝛ aliud vnū. D Et hoc q̄ vnūqdq̄ eoꝝ est vnū: nō est hoc ex sua eēntia. v.g. Unde ē aqua: aut ignis: aut terra: aut arbor: aut cetera. Sed vnitas est que comitatur illud extra essentiaꝫ eius: ꝛ hec ratio illoꝝ duoꝝ vnoꝝ. vnde sunt aliquo mō essendi simul: est forma dualitatis in illo esse: ꝛ silr̄ in ceteris nūeris: ꝛ h̄ est numerus nūeratus qui silr̄ etiam inuenitur in essentijs non nālibus: que postea declarabuntur tibi habere essentiā ꝛ existētias. ¶ Ergo nūerus nō continetur sub scia naturali: quia non est pars eius: nec species sui subiecti: nec est ꝓpriū accidens eius: q2 esse eiꝰ nō est necesse: vt pendeat ex nālibus: neq3 ex non naturalibus. Ratio .n. pendendi hec est: vt ꝓpriū esse eius qd̄ d̄r pendere: sit ex illo: ꝛ debeat se ei. Immo est oppositꝰ vnicuiq3 illoꝝ existentia ꝛ diffinitiōe. Sed si pendere ab aliquo necessariū est: tūc ab esse cōi: q2 est ex illis que comitantur illud. ¶ Ergo nā nūeri. vnde est apta intelligi: h̄ est .s. nuda vel abstracta: ꝛ oio absq3 materia: ꝛ tractatꝰ d̄ ea: s̄m hoc qd̄ est natura nūeri. Et de eo qd̄ accidit ei ex hac parte: est tractatus nudus absq3 mā. Sed postea iaꝫ accidunt dispositiones de quibus tractet arithmeticus. He dispositiones non accidunt ei: nisi q2 iaꝫ debuit suū pendere existentie in mā: q̄uis non debet suū pēdere cū illis materie in diffinitiōe: nec materie signate. ¶ Ergo speculatio de natura numeri erit s̄m q̄ est speculatio disciplinalis. Sed q̄titates ꝯueniunt cuꝫ pendentibus ex mā: ꝛ differunt ab eis. Sed ꝯuenientia eaꝝ cū pendentibus ex materia: hec est: q̄ q̄titates sunt de his que intelliguntur subsistere in materia ꝓculdubio. Sed d̄ria eaꝝ est multis modis. Uno q2 formaꝝ naturaliū quedaꝫ est que statim per se intelligit̄ non esse apta accidere cuilibꝫ E materie: sicut forma que est aque qua est aqua. Impossibile etenim est: vt inueniatur in mā lapidis quādiu fuerit in cōplexione illa: non sicut rotūditas que potest esse in qualibet duaꝝ materiaꝝ: ꝛ in quauis alia. Sed sicut forma hūanitatis ꝛ eius natura que īpossibile est esse i materia ligneali: ꝛ hec est loquutio quā certissime intelligere non est difficile: q2 ad manū sunt exempla eius: altero q2 sunt quedā ex formis naturalibus quas nō est īpossibile accidere cuiuis māe: sicut ē albedo ꝛ nigredo ꝛ alia huius generis. Intellectus etenim nō curat q̄uis ponat eas in q̄libet materia: si ratio ꝛ diligens ꝯsideratio facit postea cognosci q̄ nā albedinis ꝛ nigredinis nō p̄t acci

.2. phys. tex. cō. 10.
2. phy. te. cō. 19.

dere nisi complexioni ⁊ preparationi ꝓprie. Qd̄.n. aptū est nigredini fm̄ intellectū colorandi nō tingendi: nō est receptibile albedinis ea ratiōe propter aliqd. s. qd̄ est in sua cōplexione ⁊ mā. ¶ Sed q̄uis hec ita sint: tn̄ non potest aliqua illa℞ intelligi: nisi coniuncta cū alio ab ipsa: qd̄ est superficies ⁊ q̄titas que in intellectu diuersa sunt a colore: deinde conueniunt hi duo predicti modi in vno .s. q2 intellectus nō percipit aliquā illa℞: nisi q2 iam accesserat ꝓprietas comparationis eius ad aliud: que cōiūcta est cū essentia eius sicut subiectū. Intellectus etenim cū perceperit formā humanā: ꝯñs est: vt percipiat etiā cū ea cōparationē eius ad mām propriā. Quia non percipiē nisi sic: silr etiam albedinē: cū perceperit intellectus: cōsequenter etiā percipiet latitudinē in qua est necessario. Quia nō vult intelligi albedo: nisi intelligat̄ cū q̄titate. Et notū est: q2 albedo aliud est a q̄titate: vn̄ cōparatio albedinis ad q̄titatē similis est cōparatiōi quā habet res ad id qd̄ est subiectū eius. Deinde q̄titas differt ab his duobus modis in quibus cōueniunt. Q2 intellectus ꝑcipit q̄titatē nudā. quo modo.n. non ꝑcipit sic: cū intellectum multa egeat inquisitōe in tractando: donec pateat q̄ q̄titas non inuenitur nisi in mā. Et differt a p̄ modo: s. vno qd̄ est propriū. s. q2 intellectus qui intelligit cōparationē q̄titatis ad mām: non est necessariū: vt assignet ei mām propriā: ⁊ differt a scd̄o mō in hoc: q̄ sicut intellectui nō est necessariū ad intelligendū q̄titatem: vt assignaret ei mām propriā: ita ratio ⁊ intellectus nō egent hoc. Quia ratio ad intelligendā ipsam q̄titatē: non eget: vt eā intelligat in mā. ⁊ ratio etiam non indicat q̄ q̄titas hēat ꝓpriam mām specialē designatā: q2 q̄titas non separatur ab aliqua mā℞. Ergo nō est ꝓpria vni soli māe: ⁊ tn̄ cum hoc ēt non eget in intellectu ⁊ diffinitione mā. Iam autē quidā putauerunt q̄ albedinis ⁊ nigredinis idē est iudicium: sed nō est ita: q2 nec intellectus imaginans nec diffinitiones nec descriptiones q̄s assignant eis: pñt efficere: vt non egeant mā: cū multū inquisierint ⁊ diligēter tractauerint. Sed non denudant̄ a mā nisi alio intellectu:

tiua. que est vis ordinata in summo medie concauitatis
cerebri. apprehendens intentiones nõ sensatas: que sunt
in singulis sensibilibus. sicut vis que est in oue diiudicãs
qȝ ab hoc lupo est fugienduz. ⁊ qȝ huius agni est misereñdũ.
videtur etiam hec vis operari in imaginatie compositio
nem ⁊ diuisionem. ¶ Deinde est vis memorialis. ⁊ re-
miniscibilis que est vis ordinata in posteriore concaui-
tate cerebri. retinens qȝ apprehendit vis extimatiõis de
intẽtionibus non sensatis singulorum sensibiliũ. ¶ Cõ
paratio autem virtutis memorialis ad virtutez extima-
tionis talis est qualis comparatio virtutis que vocatur
imaginatio ad sensum communem. Et comparatio hu-
ius virtutis ad intẽtiones est qualis cõparatio illius vir
tutis ad formas sensibiles. he sunt vires anime vitalis
vel sensibilis. ¶ Sed anime rationalis humane vires — Vis rõnalis vires
diuiduntur in virtute sciendi ⁊ virtute agendi: ⁊ vna-
quequȝ istarum virium vocatur intellectus equiuoce aut
propter similitudinem. ¶ Vis autem actiua est que est — Vis actiua
principium mouens corpus hominis ad actiones singu
las que sunt proprie cogitationis secundum qȝ intentio-
nibus conuenit ad placitum que appropriantur ei. Et
habet respectum in comparatione virtutis vitalis appe-
titiue. ⁊ respectum in comparatiõe virtutis imaginabi-
lis. ⁊ extimabilis ⁊ respectum in comparatione ipsi-
us ad se. ¶ Respectus autem eius secundum com-
parationem ad virtutem vitalem appetitiuaz est mo-

dus:propter quez accidunt in ea affectiones que appropriantur homini.quibus afficitur cito siue sit actio. siue passio: sicut confusio & erubescentia & risus. aut huiusmodi: respectus autem eius ſm9 comparationem virtutis vitalis extimabilis aut imaginabilis. est modus ad quem tendit cum contendit adinuenire mãdata rerum generatarum & corruptarum & aduenire artes humanas.respectus autem quem habet comparatione sui ad se.est modus qui generat in ea actionem & intellectũ contemplantem.& he sunt intentiones que pendent ex actionibus & diuulgantur famose.sicut hoc ꝙ mẽtiri turpe est.& iniuriari turpe est nõ quasi probata:& quicquid simile est huic de propositionibus quarum differẽtia a per se notis primis.s. intelligibilibus diffinita est in libris logicis. quamuis comprobate fuerint: fient etiam per se note.sicut iam vidicisti in eisdem libris. ⁋ Opꝫ autem vt hec virtus imperet ceteris virtutibus corporis. sicut oportet pro iudicio alterius virtutis quã postea nominabimus.ita vt hec non patiatur ab illis vllo modo. ſꝫ ipse patiãtur ab ea: & sunt omnino substrate sub ea.ne forte contingant in ea affectiones post se trahentes eaꝫ prouenientes ex rebus naturalibus que vocantur peruersi mores:quia oportet vt ipsa non sit passibilis vllo modo. nec trahibilis.sed imperãs.& tũc habet mores optimos. possibile est autem vt mores comparentẽ virtutibus corporalibus.sed cum illa fuerit dominãs habebit affectionem efficientem:& ex intellectu habebit affectionem patientem:nominemus autez omnem affectionem morez. erit ergo vnũ ꝓpter qꝺ contingant mores in h. & in alio contingunt mores.propter hoc alium. si autem ipsa fuerit iuncta habebit affectionem passibilem.& similiter affectionem actiuam non extraneam:que etiam erũt due actiones & duo mores.& mos quidem erit vnus. sed habebit duas comparationes.mores autem qui in nobis sunt nõ comparãtur huic virtuti.nisi quia anima humana:sicut postea scies est vna sũbstãtia:hñs cõparationẽ ad duo.quorum vnum est supra eam.& altera infra eaꝫ. sed ſm vnũquodqꝫ istoruꝫ habet vim per quã ordinatẽ habitus qui est inter ipsam & illud:hec autez virtus actiua est illa virtus quam habet anima propter debitum qꝺ debet ei qꝺ est infra eam.s.corpus ad regendum aliquid.sed virtus cõtẽplatiua est illa virtus qua habet anima ꝓpter debitum qꝺ debet ei.qꝺ est supra ipsaꝫ. vt patiatur ab eo & perficiat per illud & recipiat ex illo tãqꝫ anima nostra habeat duas facies.faciem.s. deorsum ad corpus:quã oportet nullatenus recipere aliquã affectionem generis debiti nature corporis. Et aliam faciẽ sursuꝫ versus pricipia altissima quã oportet semper recipere aliquid ab eo: qꝺ est illic & affici ab illo. ex eo autẽ qꝺ est infra eam generantur mores.sed ex eo qꝺ est supra eam generantur sapientie.& h est virtus actiua. ⁋ Sed virtus contemplatiua est virtus que solet informari a forma vniuersali nuda a materia. si autem fuerit nuda in se:apprehendere suam formã in se facilius ẽrit. si aũt non fuerit nuda.fiet tamẽ nuda.quia ipsa denudabit eã. ita vt de omnibus affectionibus eius.cuz materia nihil remaneat in ea.sed qualr hoc fiat postea declarabimus. hec aũt v̓tus cõtẽplatiua hꝫ ad has formas cõparationẽ diuersaꝫ.qr id qꝺ solet aliqd recipe aliqñ est receptibile eiꝰ in potẽtia:aliqñ est receptibile eiꝰ in effectu. Potẽtia autẽ tribus modis dicitur ſm prius & posterius.dicitur eniꝫ potentia.aptitudo absoluta.a qua non exiuit aliquid ad hoc in effectu.nec etiam habetur aliquid propter qꝺ exeat:sicut potentia infantis ad scribendum.dicitur etiam potentia hec aptitudo quãdiu non habet res nisi id propter qꝺ sit possibile eam peruenire ad effectũ sine medio sicut potentia infantis ad scribendum cum fuerit adultus.& cum cognouerit encaustrum.& calamũ & simplicia elementa.& dicitur potentia aptitudo cuiꝫ perfecta fuerint instrumenta.& ex instrumentis acciderit perfectio aptitudinis vt fiat potens faciendi quando libuerit.ita vt non sit ei necesse adiscere.sed sufficiat ei vt tantum appetat.sicut est potentia.scriptoris perfecti in arte sua cum non scripsit.potentia autem prima vocatur absoluta materialis.secunda autem vocatur potentia facilis vel possibilis potentia vero tertia est perfectio. perfectionis autem contemplatiue comparatio ad formas nudas quas prenominauimus.aliquando est sicut comparatio eius qꝺ est in potentia.absoluta.& hoc est cũ hec potentia.anime nondum recepit aliquid de eo qꝺ est perfectio.quantum ad eam & tunc vocatur intellectus materialis ad similitudinem aptitudinis materie pme:que ex se non habet aliquam formarum. sed est subiectum omnium formarum.aliquando est comparatio eius qꝺ est in potentia potentiali:hoc est cum impotentia materiali habentur de intelligibilibus prima per se nota. ex quibus & cum quibus acceditur ad intelligibilia secunda.sed prima intelligibilia sunt propositiones quas contingit credere non aliũde.nec quia studiosus percipit vllo modo esse possibile eas aliquando non credere. sicut sentimus hoc:qꝺ totum maius est sua parte.& ꝙ eidem equalia.inter se sunt equalia.& interum dum non acquiritur ei adhuc intentio eius qꝺ est in effectus nisi hoc modo:tunc vocatur intellectus in habitu.& potest hic intellectus vocari intellectus in effectu.comparatiõe primi: potentia etenim prima non potest intelligere aliquid in effectu.sed hec potest intelligere aliquid cum inquisierit.aliquando est sicut comparatio eius qꝺ est in potentia perfecta.hoc est cum inceperint in ea consistere forme intelligibiles adepte post per se nota.siue intelligibilia prima.sed non considerat illa nec conuertitur ad illã in effectu.nisi veluti sint reposite apud eum vt cum voluerit consideret illas formas & intelligat eas. & intelligat eas se intelligere: & vocatur hic itellectus in habitu. est enim hic intellectus qui intelligit quotiens vult intelligere sine labore acquirendi quamuis hic etiaꝫ possit vocari intellectus in potentia.comparatione eius qui sequitur post ipsum.aliquando autem eius comparatio est sicut comparatio eius qꝺ est in effectu absoluto.hoc est cum forma intellecta nunc in presenti est in eo.& ipse considerat eam in effectu.& intelligit in effectu.& intelligit se intelligere in effectu. & ꝙ tunc habet esse in eo. est intellectus accommodatus ab alio qui vocatur intellectus accommodatus per hoc qꝺ declarabitur nobis: qꝛ intellectus in potentia non erit ad effectum nisi per intellectum qui semper est in actu.& quia cum coniunctus fuerit intellectus qui est in potentia cum illo intellectu. qui est in actu:aliquo modo coniunctionis imprimetur in eo.ſm aliquem modum formandi.ille qui est accommodatus ab extrinsecis: hi sunt ordines virtutum. qui nominantur intellectus.& contemplatiui.& in intellectu accõmodato finitur genus sensibile & humana spẽs eius & illic virtus humana ꝯfirmatur primis principijs oĩs eius qꝺ est. ⁋ Considera ergo nunc & inspice dispositiones istaꝝ virtutuꝫ.qualiter alie imperant alijs. & qualiter alie famulantẽ alijs:& inuenies intellectuꝫ accõmoda

Virtꝰ actiua.

Virtus cõtẽplatiua.

Potẽtia dr tribꝰ modis.

§

Intelligibilia pma & scda. Hec eadẽ alfarabius tractatu de intellectu.

B Virtutum gradatio.

tūz preesse. ⁊ omnia alia subesse illi: qui est vltimus finis.
deinde intellectui in habitu deseruit intellectus in effe-
ctu: ⁊ intellectus materialis cū aptitudine que est in eo
deseruit intellectui in effectu deinde intellectus efficiēs
deseruit his oībus. ¶ Obligatio eniz aie cū corpore si
cut postea adhuc declarabit. est propter hoc vt pficiat
intellectus contemplatiuus ⁊ sanctificet. ⁊ mūdet: intel
lectus aūt efficiēs est rector illius colligatiōis anime cū
corpore: intellectui aūt efficiēti deseruit extimatio: exti-
mationi aūt deseruiūt due virtutes. virtus posterior ea:
⁊ virtus prior ea. virtus aūt posterior est virtus. que reti
net qd̄ reddit extimatio memoriali. virtus aūt prior est
sup omnes virtutes vitales. deinde virtuti imaginatiue
deseruiunt due virtutes diuersaꝝ actionū: virtus autem
appetitiua deseruit ei cū obediētia: qr extimatiua iperat
ei moueri aliquo modo pceptionis. virtus aūt imagina-
tiua seruit extimatiue: p hoc q̄ ostēdit ei formas retētas
in eaꝝ q̄ sunt apte ad recipiēdū: compositionē ⁊ diuisio-
nē. deīde hec dn̄antur aliqs. virtuti aūt imaginatiue ser-
uit fantasia: fantasie vero seruiūt qnqꝫ sensus: virtuti aūt
appetitiue seruiūt cōcupiscibilis ⁊ irascibilis. sꝫ concupi
scibili ⁊ irascibili seruit virtus mouens q̄ est in lacertis.
⁊ hic terminātur virtutes vitales vel sensibiles. ¶ De-
inde virtutibus vitalibus vel sensibilibus seruiunt ve-
getabiles: quaꝝ prima ⁊ caput est generatiua. deīde augu-
mentatiua seruit generatiue: post nutritiua seruit augu-
mētatiue: deīde quattuor virtutes naturales seruiūt istis:
sꝫ digestiue que est vna eaꝝ que seruiūt: retētiua ex vna
parte. ⁊ attractiua ex alia pte. expulsiua vero seruit vni-
cuiqꝫ istaꝝ. deinde quattuor qualitates seruiūt his om-
nibus. sed calori seruit frigiditas. pparat eni ei materiā:
vt seruet eius essentiā. frigiditas aūt nō hꝫ ordinē in vir-
tutibus: que ꝯueniunt appetitibus naturalibus nisi. q̄si
seruitiuz vtilis obsequētie: ⁊ his duabus seruiūt siccitas
⁊ humiditas. ⁊ hic est finis graduū virtutum.

¶ Expleta est pars prima sexti de naturalibus. ¶ Inci-
pit pars scd̄a eius capitulū primū de certificando virtu-
tes que sunt proprie anime vegetabilis.

A Incipiemus nūc significare si-
gillatim virtutes:
quas diximus ⁊ demōstrabimus eas ex
suis actionibus. ⁊ pmo ex actionibus vir
tutū vegetabiliū. sed primo oīum dispositi
onē virtutis nutritiue. dicemus igit̄ q̄
ex pmissis cognouisti cōparationē nutrimēti ad nutritū:
⁊ diffinitionē vniuscuiusqꝫ illoꝝ ⁊ pprietatem. dicemus
nūc q̄ nutrimētū nō semper permutatur in naturaz nu-
triti subito. sꝫ primo permutatur aliquātulū a sua qua-
litate. ⁊ aptatur pmutationi in substātia nutriēdi. in quo
operat̄ vna ex virtutibus seruiētibus virtuti nutritiue:
Digestiua. que est digestiua: ⁊ hec est que dissoluit nutrimētū in ani
malibus. ⁊ preparat illud ad hoc vt diffundat̄ equaliter.
Nutritiua Deinde virtus nutritiua deducit illud in aial pmo san-
guineū pmutādo in sanguinē. ⁊ humores ex quibus est
ꝯstitutio corporis. sicut iam ostēdimus alias. sꝫ omne mē-
brum habet virtutē ppriā nutritiuam. que est in eo que
pmutat nutrimētū in similitudinē eius ppriā: ⁊ vnit ei.
ergo virtus nutritiua restaurat qd̄ solutū est: ⁊ assimilat
⁊ vnit. nutrimētū aūt quāuis plures eius vtilitates sint
ex hoc q̄ fit restitutio eius qd̄ solutū est. nō tn̄ ad hoc so-
lū est necessariū. sꝫ quia natura primo eget eo ad augu-
mētandū: que postea nō eget eo nisi ad ponendū illud
tn̄ loco eius q̄ dissolutum est. ergo virtus nutritiua ex

viribus aie vegetabilis opatur omni tēpore vite singu-
laris que dū pmanserit exercens suas actiones. vegeta-
bile ⁊ animale erunt viua: cū aūt destructa fuerit vege- Aristo. 3. de aia tex. 59. c. 2. t 46.
tabile ⁊ aial non erunt viua. non aūt est talis dispositio
aliaꝝ virium vegetabilium: augumētatiua etenim opat̄ Augmentatiua
primo cū generat̄ aial. actionē que nō est tn̄ nutritiue: Nutritiue seruis.
finis enim nutritiue est id qd̄ diffinimus. sed hec virtus
distribuit nutrimentū diuerso modo: q̄ virtus nutriti-
ua. qd̄ eni debet virtus nutritiua ex se hoc est. vt det vni
cuiqꝫ mēbro de nutrimēto fm̄ eius magnitudinē. ⁊ par
uitatē ⁊ de nutrimēto vnit ei scd̄m mēsurā quā hꝫ equa-
liter. augmētatiua vero tollit ab vna pte corporis nutri-
mētum quo indigebat: ⁊ addit aliq pti. ⁊ vnit ei vt illa pa
augeatur potētius q̄ alia. ministrāte sibi nutritiua in hoc
si eniz esset dominiū nutritiue adequaret illas. aut etiaz
plus largiretur parti. cui augmētatiua subtrahit: verbi
gratia. qr nutritiua cū sola fuerit ⁊ eius actio fortior. ⁊
qd̄ restituitur fuerit amplius q̄ qd̄ resoluitur: ipsa ap-
ponit in latitudine mēbroꝝ ⁊ spissitudine eorum augu-
mētum manifestuz in grossitie: longitudini aūt eius nō
addit augumētuz qd̄ appareat augumētuz autez addit
multo plus longitudini. q̄ latitudini: sed addere longi-
tudini difficilius est q̄ addere latitudini: in augumen-
tatione etenim longitudinis necesse est nutrimētuz dif- A
fundi in mēbris duris. vt ossibus ⁊ neruis: per oēs par-
tes eorum in longum. ⁊ ppagādo. ⁊ elongando inter eo-
ruz extremitates: in augmento aūt latitudinis aliquan-
do sufficit carnes augeri. ⁊ ossa etiam nutriri in latitudi-
ne. ita. vt non sit necesse multuz infundi in eo ⁊ moueri.
aliquando autē mēbra aliqua in principio vegetationis
erūt parua: ⁊ alia mēbra in principio vegetatōis magna:
postea vero in fine vegetationis eius necesse vt id qd̄ est
maius fiat minus. ⁊ qd̄ est minus fiat maius. Si aūt do-
miniū esset nutritiue hoc semp procederet eadem ppor-
tione. nutritiua aūt fm̄ qd̄ est nutritiua afficit nutrimē-
tuz ⁊ vnit corpori equali modo. aut pene equali. sicut os
fuerit in natura eius vt in grossicie. Sꝫ augmētatiua im-
perat nutritiue vt distribuat nutrimētuz ⁊ diffundat il-
lud illuc vbi debet augmētatiua diuerso mō ab hoc q̄
debet nutritiua. nutritiua aūt deseruit augmētatiue. in hoc
q̄ nutritiua sine dubio est vniens: ⁊ est operans ad nutū
virtutis augmētatiue. virtus vero augmētatiua non ap-
petit nisi augumētare rē. ¶ Sꝫ generatiua habet duas B
actiōes. quaꝝ vna est creare corpus ⁊ figurare ⁊ formā-
re. altera vero est attribuere partibus eius in generatio-
ne scd̄a formas eaꝝ. s. virtutes ⁊ dimēsiōes ⁊ numeros
⁊ figuras. asperitatē ⁊ lenitatē ⁊ his adherentia. subiecta
gubernatōi eius q̄ solus oīa pōt. nutritiua vō seruit huic
nutriēdo. sꝫ augmētatiua seruit ei augēdo sꝫ q̄ res mere
tur. hec aūt actio pficit̄ in pncipio gñatiōis rei: deide re
manet gubernatio cōmodata augumētatiue ⁊ nutritiue:
cū aūt opat̄ augumētatiua q̄si circa pfectionē. tūc gñati-
ua tūc excitat̄ cū duabus ministris suis ad gñandū se-
mē ⁊ spma in quo gescat vtus. q̄ est eundē sui gñis. omo
āt vtus nutritiua appetit h̄ vt p eā ꝯseruet̄ suba cuiusꝫ Nutritiua et augmētatiua sunt circa singulares gñatiua circa species.
singularis. ⁊ augmētatiua appetit. vt p eā pficiat̄ suba sin-
gularis. sꝫ gñatiua appetit vt p eā remaneat spēs: qr ap-
petere pmanere: ē res q̄ venit ex deo in oī qd̄ est: ⁊ in sin-
gulari qd̄ nō est aptū ad pmanēdū. sꝫ est aptū vt spēs eī
remaneat. excitat̄ virtus ad reparādū aliqd vice eius.
vt p h̄ seruet̄ eius spēs nutritiua. ḡ restaurat qd̄ resolui-
tur d̄ singulari. ⁊ gñatiua restaurat qd̄ resoluitur de spē.
¶ Fuerunt autem multi: ex quibus aliquis putauit
qd̄ nutritiua est ignis: quia ignis nutritur ⁊ augetur. ⁊ er
rauit duobus modis. vno quia nutritiua nō nutrit: sꝫ nu-

trit et auget corpus.ignis vero ꝛ si nutriat. non nutrit
vel auget nisi se alio:quia ignis non nutritur.sed fit in eo
aliquid post aliud.ꝛ extinguit̄ qꝫ ꝑcessit.si enim nutrire
tur:ꝛ eius nutrimentum fieret fm̄ nutrimētuꝫ corpore
um non deberet nutrimētum corpoꝝ cessare sicut nutri
mētum ignis non cessat:quādiu inuenit materiaꝫ.sꝫ au
Arist.2° de aia.t.4. getur semper sine fine.¶ Sꝫ mirabilius est qꝫ dixit au
ctor huius sentētie.s.qꝫ arbores ideo radicant̄ deorsum:
quia terrenitas mouet eas deorsum ꝛ attenuant̄ in ra
mis superius.primus autē error ipsius fuit hic.s.qꝫ mul
torum vegetabilium grauiores sunt rami. q̄ꝫ radix. se
cundus autem qꝫ propter hunc motum. cur non sepa
rantur partes ꝛ discedit graue a leui.si hoc autem est ex
actione anime attribuamus etiam similiter radicare. ꝛ
ramificare anime:quāuis videt̄ qꝫ in vegetabilibus sur
sum est.vbi est caput eorum.sed caput vegetabiliuꝫ est
Ari.2. de aia.t.30. radix eorum:quia inde oriuntur:deinde primum instru
mentuꝫ huius virtutis est calor naturalis calor eniꝫ est
aptus ad mouenduꝫ materias.post hec sequitur frigidi
tas ad faciendum eas quiescere in suis perfectionibus
creaturarum ꝛ consumat eas.¶ Sed qualitatuꝫ passi
uaruꝫ instrumētum primum est humiditas. ꝛ h̄ est que
recipit figuram.quaꝫ sequitur siccitas:que conseruat fi
C gurã.ꝛ iuuat ad retētionem forme.¶ Uirtus autē ve
getabilis que est in animali.non generat nisi corpus ani
male:quia est animatiua ex qua pēdet virtus animatio
nis:que est differētia inter ipsam ꝛ eaꝫ:cum qua cōuenit
in hoc qꝫ est virtus nutriēdi ꝛ augmētandi.ꝛ comple xa
tur angulos:ꝛ electa.complexione que est congrua ani
mali. qꝫ autēꝫ facit hanc complexionē.est virtus cōmu
nis vegetabili ꝛ animali.fm̄ qꝫ est cōmunis.hoc enim
scdm̄ qꝫ est cōmunis non debet facere cōplexionē pro
priaꝫ.non enim dꝫ facere complexionē propriam nisi in
ipsis:in ipsis eniꝫ preter hoc qꝫ est nutritiua est etiaꝫ ani
malis ꝛ habet in sua natura vt sensificet:ꝛ moueat cum
habuerit instrumētuꝫ ꝛ ipsa est conseruans illam contū
ctionem ꝛ complexionē sicut cuꝫ relata fuerit ad habē
tia coniunctioneꝫ fit coniungens.non enim est de natu
ra elemētoruꝫ ꝛ corporum cōtrarioruꝫ coniungi per se.
sed de natura habēt ire in partes diuersas.que non con
iungit nisi anima propria.Exēpli gratia. vt in palma est
anima palmifica.ꝛ in vua anima viuifica.ꝛ omnino ani
ma que est forma ipsius materie. Anima eteniꝫ cum fit
palmifica supra hoc qꝫ est anima augendi. habet etiam
esse anima palmifica.ꝛ in vua anima viuifica:palma aūt
non eget anima vegetabili.ꝛ alia anima ꝑpter quā fiat
palma:non eniꝫ habet actiones ꝑter quaꝫ.vegetabiles.
sed eius anima vegetabilis habet in sua vegetabilitate.
qua est palmifica.sed anima vegetabilis que est in ani
mali post creationē animalis habet actiones.ꝑter quas
actiones agit sola secundū qd̄ est vegetabilis tantum:qꝫ
est regēs animaꝫ animalē.imo est certissime preter ani
maꝫ vegetabilem:si voluerint appellare animam vege
tabileꝫ ex intellectu quo diximus.s.generali. ¶ Ex dif
ferētia vero constituēte non ꝑuenit vlla anima vegeta
bilium.sed ex differentiꝫ quas habet vnūquodqꝫ vege
tabile per se ꝛ non aliud:quia non est principium actio
nis vegetabile proprium tantum. sed anime vegetabilē
animalis differentia qua separatur ꝛ constituitur vnū
queqꝫ species sub ipsa.est virtus anime animalis adiū
cta illi que aptat illi corpus.ꝛ est differentia ad modum
differētiarum quas habent simplicia non quas habent
cōposita.anima autēꝫ humana non pēdet ex corpore: sꝫ
habet se ad corpus vt forma:sicut postea ostēdimus.nec
eget vt sibi preparetur membrum.concedo autēꝫ qꝫ ani
matio eius differt ab aliꝫ animationibus.similiter etiā
membra apta sunt eius animationi.

¶ Capitulū scdm̄ de certificando modos apprehensionū que sunt in nobis.

Loquamur nunc de virtutibus sen A
sibilibus.ꝛ apprehēdē
tibus.sꝫ loquamur de eis verba generalia.di
cētes:qꝛ videtur qꝫ apprehēdere non sit nisi
apprehēdere formaꝫ apprehēsi aliquo mo
doꝝ.sed si apprehēdere est apprehēdere rem natura
lem.tunc apprehēdere est apprehēdere formaꝫ.alicuius
abstracti a materia aliqua abstractione: species autem
abstractionis diuerse sunt.ꝛ gradus earum multum di Abstractio multiplex.
stantes:formis eteniꝫ materialibus propter materiam
accidunt dispositiones.ꝛ alia que non habent ex sua es
sentia.ex hoc.s.qꝫ ipse sunt forme. ergo illarum abstra
ctio a materia:aliquando est abstractio non sine illis ap
pendicijs. vel aliquibus earuꝫ:aliquando illa est ꝑfecta
abstractio que abstrahit intellectam rem a materia: ab
aliꝫs appendicijs in materia earum:exempli gratia.for
ma etenim humana.ꝛ substantia est natura sine dubio:
in qua conueniunt omnia singularia speciei equaliter:
cuius est vna diffinitio.sed quia accidit ei vt existeret in
hoc singulari ꝛ in illo.ideo multiplicata est:hoc autē nō
habet ex natura sua.si enim ex natura humana esset.vn
de deberet multiplicari:tunc nō predicaretur homo de
aliquo numero vno. si vero humanitas esset ex hoc qꝫ
est humanitas petri.tunc humanitas non esset alterius:
ergo vnum ex accidētibus que accidunt humanitati ex
materia: est species hec multiplicationis ꝛ dimissionis.
accidunt autem ei alia preter q̄ꝫ hec accidentia.s. quia
cum fuerit in materia acquiretur ei aliquis modus quā
ti. ꝛ qualis.ꝛ vbi ꝛ situs.que omnia sunt extranea a na
tura ipsius:quia si hoc qꝫ est humanitas esset ex hoc pre
dicto modo:vel alio modo quāti ꝛ qualis.ꝛ vbi ꝛ situs:
tunc ex hoc qꝫ est humanitas oporteret vnumquemqꝫ
hominuꝫ conuenire cum alio in his intētionibus. si aūt
hoc qd̄ est humanitas esset ex alio aliquo modo quanti.
ꝛ qualis.ꝛ vbi ꝛ situs:oporteret vt omnes homines cō
uenirent in illo modo:ergo forma humana ex sui essen
tia non debet habere accidētia hec:que solent ei accide
re.sed propter materiaꝫ habetur cum illis accidētibus.
ꝛ propter accidētia comparationis que est inter eā ꝛ ma
teriaꝫ:que comparatio cuꝫ remota fuerit destruetur ap
prehēsio ipsa. visus autem indiget his accidentibus.cuꝫ Uisus
apprehēdit formaꝫ eo qꝫ non abstrahit formaꝫ a mate
ria abstractione vera.sed est necessarium materiam ad
esse ad hoc vt forma hec apprehēdatur in illa: sed ima Imaginatiua.
ginatio siue imaginari.est cuꝫ abstrahitur forma a mate
ria maiori abstractiōe:eteniꝫ formaꝫ capit sine materia:
ita qꝫ ad hoc vt hoc subsistat in illa nō est necesse existe
re māꝫ:qꝛ mā siue sit absens:siue destructa: eē tn̄ forme
stabile erit in imaginatiōe:ꝛ tūc apphēsio ipsius erit ab
strahēs eā a colligatiōe.quā hꝫ cū mā abstractione ꝑfe
cta: sꝫ imaginatio nō denudat eā ab accn̄tibus mālib9.
sensus etiā nō denudat eā a mā denudatiōe ꝑfecta:neqꝫ
denudat ab accn̄tibus materie:sꝫ imagiatio denudat eā
a mā denudatiōe vera:sꝫ nō denudat eā vllo mō ab acci
dētibus materie:forme eteniꝫ q̄ sūt in imaginatiōe sunt
sꝫ h̄.qꝫ sūt sensibiles ꝛ scdꝫ q̄litatē ꝛ q̄titatē aliquā ꝛ si
tū:nō est possibile imaginatiōi aliquo mō imaginari for
mā in tali dispōne in qua possibile sit ꝯuenire oīa idiui
dua illi9 spēi:hō.n.imaginatus est sicut vnus ex hoībus:
possibile est autem homines esse qui sunt imaginati:nō
illomodo quo imaginatio imaginauit hominē illum.

Estima-tio.

¶ Sed estimatio parum transcendit hanc ordinez ab-stractionis: eo ꝙ apprehendit intentiones immateria-les que non sunt in suis materijs: quamuis accidat illis esse in materia: quia figura. ⁊ color. ⁊ situs. ⁊ his similia sunt res quas non est possibile haberi nisi a materijs cor-poralibus: bonitas vero ⁊ malicia. ⁊ conueniens. ⁊ incon-ueniens. ⁊ his similia sunt in se res non materiales. qui-bus tamen accidit esse materialis. ratio autem ꝙ he non sunt materiales hec est. s. ꝙ si he essent materiales ex se ipsis. non intelligerentur bonitas vel malicia vel conue-niens vel inconueniens. nisi accidens corpori. intelligū-tur autem sine corpore: constat ergo ꝙ he in se nō sunt materiales. sed accidit eis esse in rebus materialibus. ex-timatio autem non apprehendit. neqꝫ assequitur nisi si-milia horum. ergo extimatio apprehendit res materia-les ⁊ abstrahit eas a materia. sicut apprehendit etiaz in-tentiones non sensibiles: quamuis sint materiales. ergo hec abstractio purior ⁊ vicinior est simplicitati ꝙ̄ due prime. sed cum hoc tamen non expoliat formam hanc ab accidentibus materie: eo ꝙ particulariter appre-hendit eam sm̄ propriam materiam. ⁊ sm̄ comparatio-nez eius ad illam ⁊ ligataz cum forma sensibili. ⁊ stipa-tam accidentibus materie. ⁊ est ꝯueniētia imaginatiōis cū illa. ¶ Sed virtus in qua forme existēs nō sunt ma-teriales vllo modo nec accidit eis eē materiatas. nec for-me sunt rerum materialiuz: sed denudate ab omni colli-gatione est materia constat: quia comprehendit formas apprehensione nuda a materia omni modo: in eo autez ꝙ ex seipso nudum est a materia. res manifesta est. sꝫ id qđ habet esse cum materia. aut cuius est esse materiale. aut cui hoc accidit. abstrahit a materia. ⁊ ab omnibus appē-ditijs ex materia que sunt cum ipsa. sed apprehendit id apprehensione nuda. ita ꝙ sit exempli gratia sicut ho-mo qui predicatur de pluribus. ⁊ ita ꝙ apprehēdit mul-ta in vnam naturaz ⁊ sequestrat illud ab omni quantita-te. ⁊ qualitate ⁊ vbi ⁊ situ materialibus. nisi enim denu-daretur ab hoc non esset aptū dici de omnibus. ⁊ in hoc differunt apphēsio iudicantis sensibilis: ⁊ apphensio iu-dicantis imaginabilis. ⁊ apphēsio iudicantis extimabi-lis: ⁊ apprehēsio iudicantis intelligibilis. ⁊ ad hanc intē-

B tionem duximus hoc verbuz in hoc capitulo. ¶ Dice-mus autem ꝙ sentiens habet in sua potentia finali. sicut sensatum in effectu. sentire etenim est recipere formaz rei nudam a sua materia. ita vt informetur per eaz sentiēs. videns idest mutari a formis sensibilibus que sunt ex-tra in rebus subiectis. est sicut visum in potentia. simili-ter palpatum. ⁊ gustatum ⁊c̄. primum enim sensatū cer-tissime est id qđ describitur in instrumento sensus. ⁊ id apprehendit: videtur autem ꝙ cum dicitur sentiri ꝙ est extrinsecus intellectus eius est preter intellectum sen-tiēdi in anima. intellectus eniz huius qđ dicitur sentiri extrinsecus est qđ eius forma assimilata est in ipso sen-su. sed intellectus sentiendi in anima non est ꝙ ipsa for-ma eius effigiata sit in proprio sensu. ⁊ ꝓpter hoc diffici-le est constituere esse qualitatum sensibilium in corpo-ribus. sed certissime scimus ꝙ cum aliquod corpus affi-cit sensum: sed ipsum non afficitur. qđ in ipso est propria qualitas: que est principium permutandi sensum sensu nō permutante ipsum. ¶ Sed democritus ⁊ alia secta naturalium. non posuerunt istis qualitatibus esse vllo modo. sed figuras quas ponunt in athomis posuerunt causas diuersitatis eius: quo afficiūtur sensus ꝓpter di-uersitatē ordinis ⁊ situum earum: dicētes ꝙ ꝓpter hoc vnus homo sentit pannum vnum duorum diuersorum coloruz sm̄ duos intuitus eius: propter quos variantur comparationes eius que sunt ad situs vnius rei in se. si-cut collum colūbe: qđ aliquādo videtur cerulei: aliqñ ru-bicundi. aliquando coloris aurei sm̄ diuersitatem situū. ⁊ ob hoc vna ⁊ eadem res est homini sano dulcis: ⁊ infir-mo amara. ⁊ isti sunt qui posuerunt ꝙ qualitates sensi-biles non habent certitudinem in se: ⁊ ꝙ non sunt nisi fi-gure. ¶ Fuerunt autem alij qui non tenuerunt hāc sen-tentiam. nec posuerunt istis qualitatibus certitudinem in corporibus. sed dixerunt ꝙ he qualitates non sunt ni-si passiones tantum sensuum. ita ꝙ in sensibilibus nihil est de eis. iam autem ostendimus destructionem huius sentētie. ⁊ ostēdimus ꝙ in aliquibus corporibus ꝓprie-tas est que afficit ꝓprietatem lingue. exempli gratia. id . s. qđ vocamus dulcedinem cum gustamus. ⁊ alia cor-pora habent aliam proprietatem certissime quam voca-mus gustum. ⁊ nihil aliud. sed sentētie auctorum de figu-ris iam destruximus fundamentuz in premissis. sed ad huc etiam patefiet destructio eius: si enim sensatuz esset figura. oporteret vt cuz tangeremus figuram. ⁊ apprehē-deremus eam per se non cum pupilla. videremus etiam colorem eius: vnum enim sentiēs ex vna parte apprehē-dit vnum quid. sed cum apprehēsio fuerit ex vna parte id qđ de illo non apprehēditur: aliud est ab eo ꝙ appre-hēditur: color igitur aliud est a figura. si autem dicitur ꝙ vna res afficit duo duabus affectionibus diuersis: cu-ius vna affectio in vno sit tactus. ⁊ eius affectio in alio vi-sio. si ita fuerit ipsa figura non erit sensata. sed figura erit affectio diuersa per quam afficit in diuersis sensibus ali-um ꝙ̄ illa. sensibile etiam corpus est. quod sicut ipsi te-nēt nō afficitur nisi ex figura. erit ergo vt sensibile non afficiatur nisi ex figura. vna ergo eadem res afficitur in vno instrumēto vna figura. ⁊ in alio alia: sed sm̄ eos nul-la figura est que non possit tangi: ergo hoc visibile etiaz possibile est tangi. constat autē ꝙ in colore contrarietas est: ⁊ preter hoc etiaz in sapore. ⁊ preter hoc etiā in alijs. in nulla autem figurarum est aliquid contrarietatis: isti etiam certissime ponunt ꝙ omne sensatum est tactum. ipsi etiaz ponunt ꝙ de visu aliquid emittitur: qđ tangit idem. sed si ita esset oporteret. vt qđ tāgitur duobus sen-sibus esset tantuz figura. miruz est autem ꝙ obliti sunt figuras non apprehendi nisi cum fuerint ibi colores aut sapores. aut odores. aut alie qualitates. ⁊ ꝙ nullo modo sentitur figura nuda. si autem fuerit hoc. tunc ex hoc ꝙ figura nuda cum sit sensibilis afficit sensum aliqua ista-rum affectionum. ⁊ preter figuralitatem affirmatum est esse istarum affectionum: ⁊ quia non est ipsamet figura. ⁊ constat quia sensus non sentit figuram nudaz. nisi sen-tiat cum ea aliud. ¶ Dixerunt etiam aliqui antiquoruz C qđ possibile est: vt anima alio modo sentiat sensibilia. si-ne medijs. ⁊ sine instrumētis. sed media sunt sicut aer. exempli gratia. visus: instrumēta vero sunt sicut oculus visui. vnde hi procul sunt a veritate. ¶ Si enim sentire haberet anima p se ipsam sine instrumentis. tunc hec in-strumenta essent ociosa in creatura ⁊ inutilia. Itez cum anima sm̄ eos aliud sit a corpore non habens situz: im-possibile est tunc aliqua corpora esse ꝓpinquiora ei: ⁊ ac-cidētia ad ipsam. ⁊ alia remotiora ab ea ⁊ occultata: que non sentiat. ⁊ omnino oportet vt nō sit diuersitas in situ corporꝫ quātuz ad ipsam. nec occultatio nec manifesta-tio: he. n. dispositiones corporꝫ sunt. ⁊ circa corpora. ⁊ oꝫ vt aia aut sit apprehēdens oīum sensibiliū aut nullius. ita vt nō possit abesse aliqđ sensatū ab eius apphēsiōe. Hec enī absentia est alicuius rei q̄ est diuersa a psentia eiꝰ ⁊ hec res aliqñ est absens aie. aliqñ pns qđ fit ex loco si-tuali: oꝫ ergo vt aia sit corpus. isti autem nō tenent hoc.

¶ Postea aũt declarabimus. ꝙ forme apprehense que non possunt separari a materia. ꝛ a colligatione cũ materia. impossibile est imprimi sine instrumento corporali. Sed si anima non egeret medijs ad apprehendendũ res. oporteret vt visus non egeret lumine. nec medio claro. ꝛ applicatio visi ad oculum non prohiberet visum. ꝛ obturatio auris nõ ꝓhiberet sonũ. ꝛ langores q accidũt D huiusmodi instrumẽtis nõ ꝓhiberẽt sentire. ¶ Fuerũt autem aliqui qui posuerunt mediũ disturbans dicentes qȝ mediũ quanto fuerit tenuius. magis erit peruium. vnde si esset purum perfectior esset visio. ꝛ res amplius videretur q̃ȝ modo videatur. ꝛ esset possibile videri tũc quicquid est in celo: hec autem dictio falsa est. non enim oportet vt si ꝓpter attenuationem prouenit augmentũ visus. ideo ꝓpter priuationem aeris proueniat maius augmentum videndi: attenuatio autem non est via. vel causa attenuandi corpus. sed inane sm eos est priuatio corporis. si autem inane haberet esse aliquid: tunc inter sensatum ꝛ sentiens remota non esset continuitas vllo modo. nec esset ibi actio nec passio. ¶ Fuerunt etiã alij qui putauerunt. illud. s. ꝙ sentiens generaliter. vt anima: pendet ex spiritu: qui est corpus acute penetrans. cuius postea exponemus dispositionem. quia ipsum est instrumentum apprehendendi. ꝛ quia hic solum potest extendi ad sensibilia ꝛ obuiare illis. ꝛ eque distare ab illis. ꝛ habere ad illa aliquem situm ex quo prouenit apprehẽdere. hec autem sententia etiam falsa est. huius enĩ speciei non retinetur essentia. nisi per hec nutrimenta que illum circũuallant. si autem admiscetur ei aliquid extrinsecus complexionaliter aut sm compositionẽ: destruitur eius substantia: deinde non habet motum localem. quem si haberet possibile esset ipsum seperari ab homine: ꝛ postea redire ad ipsum. ꝛ possibile esset hominem mori ꝛ viuere secundum suam propriam voluntatem vno tempore. si autem species esset huius. non indigeret instrumentis corporalibus. ergo verum est ꝙ sensibus necessaria sunt instrumenta corporalia. ꝛ aliquibus corpꝫ media. ¶ Quia sentire est passio aliqua que est receptio forme. sensati. ꝛ permutatio in similitudinem sensati in effectu. ꝛ sentiens in effectu est sicut sensatum in effectu. ꝛ sentiens in potentia sicut sensatum in potentia. sensatum etenim certissime ꝛ propinquum hoc est per qȝ informatur sentiens ex forma sensati. ergo sentiens est aliquo modo sentiens seipsum non corpus sensatum. ipsũ enim est qȝ informatur forma. que est propinquũ sensatum. sed extrinsecum informantem est forma. que est sensatum procul: ergo illud sentit seipsum non viuere. ꝛ sentit seipsum non corrui: cum voluerimus dicere propinquiorem sensum. ꝛ in quo iam non est medium. sed passio sentientis ex sensato. non est ad modum motus nec est illi affectio cõtrarij ad contrarium: sed est perfectio. s. quia perfectio que est in potentia. iã fit in effectu. sine conuersione effectus in potentia. ¶ Postq̃ȝ autem locuti sumus de apprehendere qȝ est generalius q̃ȝ sentire. ꝛ locuti sumus de qualitate sentiẽdi generaliter. dicemus nunc ꝙ omne sentiens apprehendit suum sensatum: ꝛ apprehendit etiã priuationem sui sensati: sed sensatum apprehendit per seipsum priuationem sui sensati. sicut tenebras oculus: ꝛ silentium auditus. ꝛ huiusmodi. quia illa in potentia sunt: non in effectu: sed apprehendere qȝ vnumquodq̃ȝ horum est apprehendere. nõ pertinet ad sentientem. apprehendere etenim hic nõ est ꝙ videatur nec sonus qui audiatur. vnde non apprehẽditur nisi actione intelligibili. aut extimabili. sicut postea declarabitur ex earum dispositione.

¶ Capitulum tertium de sensu tactibili. A

PRimus sensuum propter quem animal. est animal est tactus: sicut enim omne qȝ habet terrenam animam habet virtutem nutritiuam. ꝛ possibile est vt nõ habeat aliquam aliarũ. sed non cõuertitur: sic omne qȝ habet animã sensibilem habet sensum tangendi: ꝛ possibile est vt nõ habeat aliquem aliorum: sed non conuertitur. dispositio etenim nutritiue comperatione virtutum aliarum anime terrene: est qualis dispositio tactus comperatione aliarum virtutum anime sensibilis: hic est ꝙ prima compositio animalis est ex q̃litatibus tactibilibus: ꝛ ex quibus est cõplexio eius: destructio eius fit ex earũ diuersitate: ergo sentire est natura anime. ꝛ oꝫ vt sit prima natura illud qȝ indicat. vnde proueniat destructio: ꝛ id propter qȝ conseruatur: qȝ prodest ꝛ est prior alijs speculationibus que indicãt ea que prosunt. sed non ad ꝯstituendum: aut nocent. sȝ nõ ad destruendum. ¶ Gustus autem quamuis inter gustata indicet id propter qȝ permanet vita. tamen possibile est vt destructo gustu animal remaneat animal. ¶ Alij enim sensus fortassis cooperantꝰ ad inquirendũ nutrimentum conueniens. ꝛ ad discedendum a nociuo. ¶ Alij etiam sensus non iuuant ad sentiendum qȝ aer continens vel circundans corpus exẽpli gratia est adurens vel congelans. Et ꝙ omnino fames est desideriũ sicci ꝛ calidi. ꝛ sitis est desiderium frigidi ꝛ humidi. nutrimentum etenim certum est qȝ est huiusmodi qualitatum quas apprehendit tactus. Gustus etiam est delectatio: vnde sepe destruitur sensus gustus: cum infirmatur ꝛ remanet animal. ergo tactus est primus sensuum qui est necessarius omni animali terreno. De motu aũt potest quis dicere ꝙ cognatus est sensui in animali. sicut in sensibus vna est spẽs prior. Similiter videtur inter virtutes motus species aliqua esse prior. sed diuulgatum est ꝙ animalium quoddam est habens sensum tãgendi ꝛ non habet virtutem mouendi sicut species conchilium. Dicemus ꝙ motus voluntarius duplex est: qꝛ ꝛ est motus localis de loco ad locum. ꝛ est motus cõtrahendi. ꝛ extendendi membra animalis: ex quo non prouenit motus totius de loco suo. Impossibile est autẽ vt animal habeat sensum tangendi. ꝛ nõ habeat in se virtutem motus aliquo modo. quomodo enim sciretur habere sensum tangendi. nisi videretur in eo aliquis modus refugiendi contactum vnum ꝛ appetendi alium: vnde exemplum. de conchilibus qȝ inducũt ꝛ de alijs. nihil valet: quoniam nos videmus conchilium. in suis conchis motus constrictionis. ꝛ dilatationis. ꝛ reflexionis: ꝛ extensionis in partibus eorũ: quamuis non discedant a loco suo. ¶ Et ex hoc cognoscimus ꝙ sentiũt tactum. videtur ergo. ꝙ quicquid habet tactum habet in seipso aliquẽ motũ voluntariũ. aut in se toto. aut in partibus suis. ¶ Ea autem que tanguntur diuulgatum est ꝙ sunt calor. ꝛ frigiditas humiditas ꝛ siccitas. asperitas ꝛ lenitas ꝛ grauitas ꝛ leuitas. Sed duricies ꝛ mollicies. ꝛ viscositas. ꝛ solubilitas. ꝛ huiusmodi non sentiuntur: nisi consequentes eas quas prediximus. Caliditas etenim ꝛ frigiditas vnaqueq̃ȝ per se ipsam sentitur propter hoc ꝙ accidit instrumento pati ab eis. Sed duricies ꝛ mollicies. ꝛ humiditas ꝛ siccitas putantur nõ sentiri per se ipsas: quia accidit ex mollicie vt obediatur omni volenti penetrare in corpus suum: ꝛ ex siccitate accidit vt resistatur: quia cum coniungitur ei membrũ sentiens reprimit illud. Ex asperitate etiam accidit simile huic: qꝛ ex partibus supereminentibus accidit repu

Arl. 3° de aia. t. 66.

Arl. 2. de aia. t. 28. ꝛ. 96.

Arl. 6 de aia. t. 28.

Arl. 2. de aia. t. 16.

E

mere. ex ſubſiſtētib⁹ vō nō accidit aliqͩ. Ex leni quoq; accidit lenitas. ꝛ equalitas. Sȝ ex grauitate accidit tendere deorſuȝ. ꝛ ex leuitate ꝯtriuȝ huius. Dicemus ḡ ꝯtra
B auctorē huius dictionis. non eſt neceſſe vt ſenſatum ꝑ ſe ipſum ſentiat̃ ſine paſſione accidente ex ſe ipſo. Calidū ꝛenim quā diu nō calefecerit non ſentiet̃: qm̄ non ſentit̃ qꝺ eſt in ſenſato. ſed id qꝺ accidit ſentienti ex illo. ita vt quādiu illud nō accidit ei ipſuȝ nō ſentit̃: qꝛ ſenſatū per ſe ipſum eſt. id ꝓpter qꝺ accidit inſtrumēto ſentienti. q̄litas ſimilis ei. que in illo eſt. ꝛ tūc ſentit̃: ſilr eſt reꝑhenſio que fit ex ſicco. ꝛ aſpero. ꝛ lenitas ex leni. ꝛ tendere ad locū ꝓpriū ex graui ꝛ leui. Grauitas etenim ꝛ leuitas ſunt due iclinationes. ꝛ extēſio etiā eſt inclinatio ad aliquā ꝑtē. he diſpoſitiones cū acciderint inſtrumētis ſentiunt̃ ſine medio caliditatis aut frigiditatis aut coloris. aut ſaporis aut alioꝝ ſenſibiliū: ita vt ſi nō eēt illud mediū: nō illud eſſet ſenſatū ꝑmo. nec ſenſatum ꝑ ſe ipſum. ſȝ eēt ſenſatū ſcꝺo ꝛ accñtalr. ¶ Eſt aūt ħ alius modus de eo qꝺ ſentit̃. ſicut ſolutio ꝯtinuitatis q̄ venit ex vbere vel ex alio. ꝛ nō eſt ex calore. vel ex frigore. nec ex humore. nec ex ſiccitate. nec ex duritie. nec ex mollitie. nec ex aliqua ꝑdictoꝝ. Silr etiā ſentire voluptates tactibiles. ſicut voluptas coytus. ꝛ ſimilia oȝ ꝯſiderare qualr fiāt. ꝛ quo mō attribuant̃ virtuti tactiue ꝓprie. ¶ Jaȝ autē putauerūt aliqui hoies ꝙ nulle qualitates ſentiunt̃ niſi mediāte eo ꝙ accidit ex ſolutione ꝯtinuitatis. ſed nō eſt ita. Calidū etenī ꝛ frigidū. ſcꝺȝ ꝙ ex eis mutat̃ complexio. ſentiunt̃ equalr. Solutio aūt ꝯtinuitatis nec ē equalis. nec ꝯſilis in toto corpe. vñ nos dicimus ꝙ ſicut aīal generat̃ ex mixtiōe elemētoꝝ. ꝛ ex cōpoſitiōe: ſic etiā ſanitas ꝛ īfirmitas q̄dā cōparant̃ cōplōni. ꝛ q̄dā officialiū coequalitati ꝛ cōpōni. ꝛ ſicut in corruptiōe cōplonis eſt aliqͩ qꝺ eſt nociuū: ſic etiā in corruptiōe cōpōnis eſt aliqͩ qꝺ eſt mortiferū: ꝛ ſicut eſt tactus ſenſus. quo deꝑhēdit̃ qꝺ corruptū eſt de cōplexione. ſic etiā eſt ſenſus quo cognoſcit̃ qꝺ corruptū de cōpoſitione. ḡ ꝛ tactu deꝑhendit̃ etiā ſolutio cōtinui. ꝛ eius ꝯtriuȝ qꝺ eſt eius reſtauratio in cōtinuitate. ¶ Dicem⁹ etiā ꝙ oīs diſpoſitio q̄ eſt
C ꝯtria diſpoſitioni corpis. ſentit̃ in ꝑmutatione ꝛ motu ad illā. ꝛ nō ſentit̃ poſtq̄ȝ habet̃ ꝛ reſidet: ſenſus ꝛ enim aut paſſio eſt. aut adiūctus paſſioni paſſio aūt nō eſt niſi cuȝ aliqͩ remouet̃ ꝛ aliquid aduenit: vnde inquieto non eſt paſſio. ꝛ hoc eſt in malis ꝛ in bonis cōplexionib⁹ ſimul. cōplexiones etenim male cū quieſcant poſtq̄ȝ corrupeꝛunt cōplexiones nāles. ita qꝺ he male facte ſint quaſi naturales nō ſentiunt̃: ꝛ ob hoc etiā nō ſentit̃ calor ethicoꝝ: quāuis multo fortior ſit q̄ȝ calor tertianoꝝ. Sed ſi naturales adhuc habuerant eſſe: iſte extranee q̄ aduerſant̃ ſentient̃: ꝛ hoc nominat̃ infirmitas cōplexionis diuerſe: ꝛ iſtud quietū vocat̃ infirmitas cōplonis ꝯuenientis. ḡ dolor ꝛ remedium doloris etiam ſunt de ſenſibus tactibilibus. Sed differt tactus ſecundū hanc intētionē ab alijs ſenſibus. Alioꝝ etenim ſenſuum quidā ſunt qui nō hñt voluptatem nec dolorem. ꝛ quidam ſunt qui delectant̃ ꝛ dolent mediantibus alijs ſenſibus. Sȝ ille in quo non eſt voluptas eſt viſus qui non delectat̃ nec dolet. Sed aīa eſt que delectatur intus ꝓpter illud aut dolet. ¶ Similiter etiaȝ eſt diſpoſitio auditus: qꝛ auditus non dolet ex forti ſono. ſicut viſus ex forti colore ſicut eſt lumen. nec dolet ex hoc ꝙ audit aut videt. ſȝ ex hoc ꝙ tangit. ꝛ accidit ei dolor tactibilis. ꝛ ſic aduentus huius afficit illum conſtrictione tactibili. ¶ Sed olfatus ꝛ guſtus. dolent. ꝛ delectant̃ cum afficiuntur conuenienti qualitate aut inconuenienti. Tactus vero aliquando dolet ꝓpter qualitatem tactiuaȝ. aut delectat̃. aliquando dolet aut delectat̃. nō mediante alia qualitate que fit primuȝ ſenſatū. Sȝ ꝓpter ſolutionē ꝯtinuitatis. ꝛ ꝓpter ſuam cōtinuitatē. Ex ꝓprietatibus autē tactus eſt ꝙ hȝ inſtrumentuȝ naturale qꝺ eſt caro neruoſa ex hoc ꝙ ſentit: aut caro ꝛ neruus ſentit ex tactu: quamuis non ſit ibi mediū aliquo modo. Jpſe enim ſine medio ꝑmutat̃ ꝓpter tangentia habentia qualitatē. ꝛ cuȝ ꝑmutat̃ ſentit: non eſt autē iſta diſpoſitio omnis ſenſus cum ſuis ſenſatis. nec debet putari ꝙ ſentiens eſt neruus tantuȝ: ſȝ neruus reddit certe ſenſum tactibilē alij mēbro qꝺ eſt caro Si enim ſentiens eſſet ipſe neruus tantū: oporteret eſſe ſentiens in tota cute hominis ꝛ eius carne aliquid expāſum ſicut ſunt pānicul̄i. aut ſenſus eius eſſet. non in omnibus partibus eius. ſed in aliquibus partibus que ſūt in eo. neruus aūt qui eſt ſenſus tangendi eſt reddēs ꝛ recipiens ſimul: Neruus vero cōcauus eſt reddēs viſum. ſed non eſt recipiens. non enim eſt recipiens. niſi ille cui reddit̃. qui eſt criſtallinus humor: ꝛ qui ambit illū ſpūs ergo manifeſtuȝ eſt ꝙ natura carnis eſt recipere ſenſuȝ. quamuis ad recipiendum illum eget vt recipiat aliūde. ꝛ ex virtute alterius membri: mediantibus aūt neruis. Si vero principium fuerit in illa. erit ſentiens per ſe ipſam. quātūis ſit caro ſicut eſt cor: licet enim ſepararētur in corde fila neruoꝝ: non eſt tamen longe: quin excipiat ab eo ſenſum. ꝛ reddant vni origini. ꝛ ab ea origine redꝺatur cerebro. ꝛ alijs membris: ſicut poſtea demonſtrabimus: ꝛ qualiter ſit diſpoſitio epatis ex hoc ꝙ diſpergunt̃ in eo vene capillares: que ex eo recipiunt ꝛ reddūt alij. poſſibile eſt autem vt hoc ꝙ diſperguntur in eo capillares vene ſit potius ad roborandū eſſentiā ſuam. ꝛ ad ꝯſtringendum carnem ſuaȝ. ¶ De his autem alr diſputamus poſtmodū. Ex proprietatibus etiaȝ tactus ē
D ꝙ tota cutis que circundat corpus: eſt ſentiens ꝑ tactū. ꝛ non vna ſola pars eius eſt. qꝛ enim ſenſus iſte eſt natura conſeruans corpus. ab accidentibus que multuȝ nocent ſi conſiſterent in aliquo mēbroruȝ cui acciderent: oportuit idcirco vt totum corpus poneretur ſentiens ꝑ tactum. ꝛ quia alijs ſenſibus reddunt̃ res non contingētes. ꝛ de procul ſufficit vt eoꝝ inſtrumentum eſſet vnuȝ membrum: cui cum ſenſatum ſibi coniunctum fecerit impedimentuȝ: ſciet anima ꝛ cauebit ſibi ab eo ꝛ ſeperabit corpus a parte illa. ¶ Si autem inſtrumentū tangēdi eſſet aliquod vnuȝ membroꝝ: non perciperet anima de corrumpentibus: niſi quantuȝ contingeret illud. ¶ Uidentur autē virtutes tangēdi multe: quaruȝ vnaqueq; appropriatur vni contrarioꝝ. videlicet vt id ꝑ qꝺ comprehendimus ꝯtrietatē que eſt inter graue ꝛ leue ſit aliud ab eo ꝑ qꝺ apprehēdimus ꝯtrietatē que eſt inter calidum ꝛ frigidum. Jſte ꝛenim ſunt prime actiōes ſenſus. ꝛ oportet vt vnūquodq; genus eaꝝ habeat virtutē propriā. Sed qꝛ iſte virtutes diffuſe ſunt ꝑ oia mēbra equaliter. ideo putauerunt eas eſſe vnam virtutē. veluti ſi tactus ꝛ guſtus eſſent diffuſi ꝑ totū corpus: ſicut ſunt diffuſi in lingua putaret̃ ꝙ eoꝝ principiū. vna virtus eēt. Sed qꝛ diuerſi ſunt extra linguā. ideo cognita eſt earuȝ diuerſitas. Nō aūt oportet neceſſario vt vnaqueq; iſtarum virtutum inſtrumentū habeat ſibi ꝓpriuȝ. Sȝ poſſibile eſt vnum inſtrumentū eſſe cōe illis. Omne autem mediū nō oȝ habere in ſeipſo qualitatē quam reddit. iō vt cum receperit. ꝛ reddiderit: reddat aliquid notū: ꝓpter qꝺ accidat paſſio. ꝛ accidat ſentire: paſſio etenim nō accidit niſi ex re noua. Similr etiā inſtrumentum tangendi: ſed medium. exempli gratia. qꝺ non eſt calidum nec frigidum. eſt duobus modis: vnus eoꝝ eſt vt nullo modo participet ipſas qualitates. Alter vero vt partici-

De ethica febre.

Differentia ſenſuũ

pet eas.sed equaliter.ita vt nec calidũ nec frigidũ.sꝫ tẽ-
peratum vel equale mediũ. Impossibile aũt erat vt in-
strumentũ tangendi esset vacuũ ab his q̃litatibus oio.
Ex illis.n.cõpositũ est:oportuit ergo esse vacuũ ab vti-
mitatibus cũ complexionis ꝛ equalitatis ad sentiendũ
id qđ est distẽperatum:q2 qđ ex cõplexiõibus tangenti-
Ari de sensu ꝛ sen. Tex.9 bus est vicinius equalitati illud est subtilioris sensus.Et
q2 homo ex omnibus aïalibus ꝓpinquior est equalitati,
ideo est subtilioris tactus:qui est primus ꝛ cap̃ sensuũ.
Et quia animal est terenũ.iõ impossibile est separari ab
eo qui non fit nisi ex cõpositione equali que indicet inter
Ari.tertio d aïa.tex.63. ꝛ.66. ꝯtraria.ergo manifestum est ex hoc.ꝙ simplicia ꝛ illis
prima nec habent sensũ nec vitam. nec augmentũ.qđ
est in aliquo.qđ est ꝓpinquũ simplicibus.Sufficiat autẽ
qđ locuti sumus de tactu.

¶ Capitulum quartũ de gustu.

A Gustus sequit̃ post tactũ.cuiꝰ vtilitas
est in actione ꝑ quã ꝯficit̃ cor-
pus que facit desiderare nutrimentũ. ꝛ expe-
riri. Conuenit autem cũ tactu in vno. ꝙ gu-
statũ frequẽtius tactu deꝑhendit̃.sed differt
ab eo in eo ꝙ ipse tactus non reddit saporẽ sicut tactus
calidi reddit calorẽ sed quasi eget medio qđ recipiat sa-
porẽ ꝛ sit in se non habẽs saporẽ:ꝗ est humor saliue:qui
ꝓuenit ex instrumentis saliualibus.Si vero hic humor
fuerit expers saporum reddet sapores firmiter.Si autẽ
admixtus fuerit ei aliquis sapor sicut est in amaritudi-
narijs aut in illo qui habet in stomaco suo humorẽ ace-
tosũ:manifeste ꝯfundet qđ reddit cum sapore qui est in
eo ꝛ assimilabit illud amaro aut acido. ¶ Est autẽ h̃ lo-
cus ꝯsiderandi hoc.s.an hic humor nõ fiat medius nisi
q2 cõmiscent̃ ei partes habẽtes saporem cũ mixtiõe dif-
fusa ꝑ eũ.ꝛ deinde penetret ꝛ diffundat̃ in lingua. quo-
vsqꝫ cõmisceat̃ cũ lingua. ꝛ sentiat̃.an ipse humor ꝑmit-
tetur ad recipiendũ saporẽ sine cõmixtione hoc enĩ cõ-
siderandũ est.Si enim sensatũ est ipsum cõmixtũ. tũc
humor nõ est medius absolute.sed est medius ad faci-
lius ꝯtinuandũ substantiã sensatã habentẽ qualitatem
ꝯsentientẽ. Ipsum aũt sentire nõ fit nisi tactu sentientis
sensatũ sine medio.Si aũt humor fuerit qui saporẽ reci-
pit.ꝛ fit alicuius qualitatis ꝑ ipsum sensatum certissime
erit humor.ꝛ fiet hoc sine medio.ꝛ sapor cum offenderit
instrumentũ gustãdi sentietur.Sensatũ vero qđ venit
ab intrinsecus si posset habere hũc tactũ accidenteẽ sine
medio.esset gustus nõ sicut visus.qui non põt offendere
instrumentũ videndi sine medio.si enim instrumentũ
tetigerit visum nihil aꝑhẽdet. Melius est aũt vt h̃ hu-
mor sit faciendi facile.ꝛ fit alterius qualitatis.ꝛ ꝯfunda-
tur simul.Si enim posset. tangi subtiliter sine humore:
esset gustus.Si aũt dicit̃ quomõ ponticũ ꝛ stipticũ gu-
stant̃ cum ipsa oppilent ꝛ ꝓhibeant penetrare. Dicemꝰ
ꝙ primũ cõmiscent̃ cũ lingua mediante hoc humore:
deinde afficiunt ipsum alia qualitate ꝑ quã cõmiscent̃.
Sapores aũt quos apprehendit gustus.sunt dulcedo. ꝛ
amaritudo.ꝛ acetositas ꝛ stipticitas.ꝛ ponticitas. ꝛ acui-
tas.ꝛ vnctuositas.ꝛ salsedo ꝛ insipiditas. Insipidũ aũt
videt̃ quasi quod non hꝫ saporem. ꝛ est sicut quod gu-
statur de aqua ꝛ de albumine oui. Sed ceteri multipli-
cati sunt propter hoc ꝙ sunt medij : quia preter hoc ꝙ
afficiunt gustũ.sunt quidam eoꝝ qui afficiunt ꝛ tactũ.
Sed cõponit̃ ex natura saporatiua.ꝛ affectiõe tactiua.
vnũ quiddã qđ non discernit̃ vno sensu.ꝛ fit illud.quasi
sapor purus ꝛ discretus. ¶ Videt̃ aũt ꝙ vni ex sapori-
bus qui sunt medij inter extrema adiungat̃ solutio ꝛ ca-
lefactio ꝛ vocat̃ h̃ compositio acuitas. Alij aũt adiungit̃

sapor ꝛ solutio sine calore.ꝛ hoc est acredo. Alij aũt cũ
sapore ꝯiũgunt̃ siccare ꝛ spissare.ꝛ hec est põticitas.Si-
militer ẽt est in alijs que exposita sunt in libris ꝑhicis.

¶ Capitulum quintũ de olphatu.



A Vamuis homo maioris īgenij est in
olfaciẽdo q̃ȝ omnia aïalia.ꝛ
in ꝓpopalãdo odores occultos cõfricatiõe qđ
nõ hñt cetera.ꝛ attenuat eos ad sentiẽdũ ol-
faciendo.in quo conueniunt cetera cũ eo.tñ
cum hoc non recipit odores fortiter.ita vt ex eis afficia-
Ari. 2ᵒ d aïa.t 92. tur imaginationibus eius similitudines firme. Sicut
acquirunt̃ ex tactis ꝛ gustatis. vnde videtur ꝙ discreti
oẽs odoꝝ in aïa ipsius sunt debiles.ꝛ ideo odores apud
eum nõ habent noia nisi duobus modis.vno mõ sꝫ mo
dum placendi ꝛ displicendi: sicut dicitur redolens, ꝛ fe-
tẽs:ꝛ sicut si diceret̃ sapor sapidus.ꝛ insipidũ sine discre
tione differentie ꝛ appellatione. Alio vero mõ cũ deno-
minat̃ eius nomẽ secũdũ similitudinẽ eius ad saporẽ vt
dicat̃ odor dulcis.ꝛ odor accidus.quasi odores qui so-
lẽt ꝯiungi cum saporibus nõ cõparant̃ nisi illis. nec co-
gnoscunt̃ sine illis. Videtur aũt ꝙ dispositio apprehen-
dendi odores in hoïe est sicut dispositio aꝑhẽdẽdi cor-
pora reꝝ ꝛ odores eaꝝ in aïalibus habẽtibus oculos du-
ros.vident̃ etenim nõ apprehendere nisi quasi similitu-
dines incertas sicut cum debilis visus.aꝑhẽdit corpus
eminus. ¶ Multa vero animaliũ habentium occulos
duros hñt maximã virtutẽ aꝑhendendi odores sicut
apis.ꝛ ꝙ est simile illi:cui non est necesse olfacere.sꝫ red-
dunt̃ ei odores in aere. Mediũ aũt odorandi est corpus
non habens odorẽ sicut aer ꝛ aqua que deferunt odo-
res odoratoꝝ. ¶ Iam aũt dissenserunt hoïes in odora-
Ex his que precesserunt sunt aliqua que faciũt te scire ꝙ causa p̄ma est supra oẽs vires sensibiles: ⁊ supra virtutes anime singulas. Igitur nosti ꝙ ipsa est supra coniunctionem ⁊ supra intelligentiam: ⁊ hoc est qđ forte fortius imprimetur tibi adhuc: si attendas sequentia. ¶ Ab omni igitur specie corporis q̃ cernitur: exoritur illa que fit in sensu cernentis: ⁊ ab hac ea que fit in acie animi. ¶ Uoluntas ergo primum sibi copulat speciem corporis cum ea quam ipsa cognouit in corporis sensu: ⁊ illam rursus cum illa que fit in memoria ex illa: atq; illam tertio cum illa que nascitur in acie animi ex ista: sed mediȝ copula que secũda est (cuȝ sit intimior prime q̃ tertia) non tamen est taȝ similis prime: visiones eniȝ due sunt altera sentientis altera animi: vt autem possit esse hec visio animi. fit in memoria de sentiente visione simile aliquid: quo se ita cõuertat acies animi: sicut cernendo se conuertit ad corpus acies oculorũ. ¶ Propterea duas visiones volumus cõmẽdare: vnã cum visio sentientis formatur ex corpore: aliam cum visio animi formatᷓ ex memoria: aliaȝ vero nolumus: q̄n solet dici visio quando forma memorie cõmẽdatur que fit in sensu cernentis. ¶ De altera auteȝ specie corporis (que sentiebatur) remanet in memoria similitudo eius: quo rursus voluntas conuertat aciem: vt ex inde formetur sensus intrinsecus: sicut in corpore sensibili obo formatᷓ sensus extrinsecus: sicq; fit trinitas illa ex memoria intellia visione: ⁊ (que vtraq; copulat) voluntate: q̃ tria cum cogantur in vnum ab ipso coactu cogitatio dicitur. ¶ Scias autem ꝙ in vnum coguntur cum in vnũ fiunt cocuntia: hoc est in vnam visionem. Memoria volũtas ⁊ acies formandi: ex iam dictis planum est quid sit cogitatio: ⁊ certus es per hec qđ nõ est ī cogitatiõe nisi id cuius est receptibilis memoria: ⁊ memoria non recipit aliquid: nisi a virtute sensibili. Igitur cum vires sensibiles non apprehendant: nisi intelligentie que non transcendunt sensus: neq; formas: nisi quas apprehendunt sensus: tũc certus es ꝙ causa prima est supra cognitionem. ¶ Jo autẽ modus quo te certificaui est modus auctenticus: cui nephas est contradicere: quoniã veritas est in ipso. ¶ Uerũtamen etsi ostendimus memoriam esse radicem aciei cogitantis: scias tamen aciem animi posse conuerti ad cogitatiuam hoc est ad imaginatiuam que est vis sequens imaginariam: ⁊ ipsa est cõponens aliquid de his que sũt in imaginaria cum alio: ⁊ diuidens similiter f̄m voluntatem. Si autem conuertatur ad eam per voluntatem. sequitur visio intrinseca: ⁊ ꝓpter hoc credimus cogitatiõis radices esse duas: sed non simul. ¶ Nosti etiam ꝙ vnũquodq; cogitur per modum qui esse eius est. Et propter hoc primum scit omnia: quoniam non scit omnia nisi per modum qui est esse illorum. Qđ auteȝ est sciens alio mõ non est sciens: nisi per modum quem comitatur ⁊ opinio ⁊ sensus. Et hec scientia non est attingens nisi f̄m dispositiones ⁊ effectus ipsius. ¶ Accepisti etiam ex superioribus ꝙ intellia non intelligit aliqua f̄m modũ: quo facit scire diuina essentia: nisi sit apud eam ratio intellecti. Igitᷣ patet ꝙ intelligẽtia nõ est ratio p̄mo puri: ita vt sit locus illius. imo hec ratio separata est ab omni per moduȝ supra signatum: ⁊ non est in aliquo eo modo idea hominis est intellia superiori posita: ⁊ tunc ipse non intelligitur: sed superat omneȝ intellectum ⁊ maxime humanum: quoniã ipse est depressus phantasye: superat ergo intellectum ⁊ omnes vires que sunt in dignitate post ipsum: ⁊ est deus gloriosus. A quo in quo sermoneȝ nostrũ statuentes: nec fore alicui esse preter ipsum: in eũdem auxilio eius deueniemus: vt perficiatur intentio nostra per ipsum: ⁊ ꝑ cõuersionem huius ad illum: ad quem forma (si non ꝯuertatur) est informis. Et hoc est qđ ostendimus ⁊ declarauimus.

¶ Explicit liber Auicẽ. de primis ⁊ secũdis substantijs: ⁊ de fluxu earum. Deo gratias.

¶ Incipit liber Alpharabij de intellectu.

Modi septem significationum huius nominis intellectus.



Nomen intellectus dicitur multis modis. Unus eorum est quo vulgus appellat hominem intelligentem: scilicet discretum. ¶ Secundus est quem loquutores sepe inculcant dicentes. Intellectus refugit hoc: vel exigit hoc. ¶ Tertius est intellectus quem Arist. ponit in libro demonstrationum. ¶ Quartus est de quo loquitur Aris. in tractatu 6°. qui est in libro de moribus. ¶ Quintus est intellectus de quo loquitur Arist. in libro de anima. ¶ Sextus est intelligentia quam ponit in libro de metaphysica.

1m significatum huius nominis intellectus.

¶ Per intellectum quo vulgus appellat hominem intelligentem: intelligunt homines ostentatores discretionis: et aliquando appellant intelligentem eum qui bene seruat suam fidem. Fides autem apud eos putatur esse probitas. Ipsi vero non intelligunt per intelligentem: nisi illum qui est boni ingenij qui adinuenit maliciam: sed dicunt illum callidum et versutum et huiusmodi. Bonitas vero ingenij (in adinueniendo quod est bonum vt agatur: et quod est malum vt fugiatur) est prudentia. Isti ergo vniuersaliter non intelligunt per intellectum: nisi quod Aristo. intelligit per prudentiam. ¶ Sed vulgus diuisum est in duas sectas: circa intellectum huius nominis. Quidam enim dixerunt quod intelligens non dicitur intelligens: nisi qui habet fidem. Malignum vero (licet sit boni ingenij ad inueniendum malum) nolebant vocare prudentem. Alij vero eum qui est boni ingenij in adinueniendo quod debet fieri (siue sit bonum: siue malum sit) vocabant intelligentem: et omnino non intelligebant per intelligentem nisi prudentem. Prudens enim apud Aris. est qui est boni ingenij in adinueniendo quod oportet fieri de operibus virtutis quando opus est fieri illud: et secundum quod congruit vnicuique tempori: preter hoc etiam habet scientiam moralem.

2m significatum.

¶ Secundus vero intellectus quem locutores sepe replicant: dicentes hoc exigit intellectus vel prohibet: vel hoc recipit intellectus: vel non recipit: non intelligit nisi illud quod est probabile apud omnes: scientiam enim communem apud omnes vel plures ipsi vocant intellectum. Tu autem animaduertes hoc ex his que scribuntur et loquuntur in libellis suis: in quibus sepe ponunt nomen intellectus.

3m significatum.

¶ Intellectus vero quem ponit Arist. in libro demonstrationum intelligitur esse virtus anime: qua acquiritur homini certitudo propositionum vniuersalium verarum necessariarum non argumentatione omnino nec meditatione sed natura et proprietate a pueritia sua: ita vt non percipiat vnde acquirat: vel quomodo acquirat. ¶ Hec autem virtus est vna de partibus anime cui acquiritur cognitio prima: et certitudo propositionum: quas prediximus absque premeditatione et consideratione omnino. ¶ Sed he propositiones sunt principia scientiarum speculatiuarum.

4m significatum.

¶ Quartus vero intellectus quem commendat Arist. in tractatu 6°. in libro de moribus. Intelligitur esse pars anime: cui propter experientiam circa vnamquamque rem vniuscuiusque generis in prolixitate temporis acquiritur certitudo propositionum et iudiciorum in rebus voluntarijs: quarum natura est vt eligantur vel fugiantur (ad faciendum vel fugiendum) propositiones affirmatiue. ¶ Iudicia vero que acquiruntur homini hoc modo ab illa parte anime: sunt principia prudentie in adinueniendo de rebus voluntarijs: quid debeat eligi ad faciendum vel fugiendum. ¶ Comparatio autem harum propositionum iudicantium ad id quod adinuenitur per hunc intellectum: est sicut comparatio propositionum primarum: que dicte sunt in libro demonstrationum: ad id quod elicitur ex eis. Sicut enim ille sunt principia auctoribus scientiarum speculatiuarum ad eliciendum per eas de scientijs speculatiuis id cuius natura est vt sciatur tantum: et non agatur. Sic et hec sunt principia prudenti ingenioso: vt per ea eliciat de rebus voluntarijs id cuius natura est vt agatur: et hic intellectus augetur in homine secundum longitudinem sue vite: et quia infiguntur in homine sua iudicia: et adduntur ei in vnoquoque tempore iudicia que prius non erant apud eum. ¶ Sed in hac parte anime que vocatur intellectus differunt homines multa differentia. In quocunque autem homine perficiuntur ista iudicia in aliquo toto genere rerum fiet peritus in illo genere. Sensus autem de hoc quod dicitur peritus est cum dixerit sententiam aliquam: vel cum considerauerit aliquid recipietur sententia eius et consilium: ita vt non requiratur ab eo vlla probare super hoc: ne contradicatur ei: nec sit ei opus probatio: et ideo raro potest esse homo huiusmodi nisi cum senuerit: eo quod hec res anime eget multis experimentis que non possunt esse nisi in longo tempore.

¶ Locutores autem de intellectu (quem sepe inculcant loquendo) putant quod hic est intellectus quem posuit Ar. in libro demonstrationum: et illum intendunt. Tu autem cum feceris inductionem de primis propositionibus quas frequentant: inuenies omnes apud eos sine dubitatione: cum tamen sint apud te propositiones probabiles: sed ipsi intendunt vnum et frequentant aliud.

5m significatum huius nominis et hoc vero quatuor modis dicitur.

¶ Intellectus vero de quo loquitur Aristo. in libro de anima: proponit eum quatuor modis. Unus enim est intellectus in potentia. Alius intellectus in effectu. Alius intellectus adeptus. Alius est intelligentia agens. ¶ Intellectus enim qui est in potentia: vel est ipsa anima: vel est pars anime: vel virtus aliqua ex virtutibus anime: vel aliquid cuius scientia apta est abstrahere quiditates omnium que sunt: et formas eorum a suis materijs: et ponere omnes formas in seipso. Illa autem forma abstracta a suis materijs: in quibus est esse eius est nisi vt forma huic essentie: sed illa forma abstracta a suis materijs que sic est forma in hac essentia: est intellecta: et hoc nomen deriuatum est a nomine huius essentie que abstrahit formas eorum que sunt et fiunt sibi forme. ¶ Hec vero essentia est similis materie in qua imprimuntur forme: scilicet quemadmodum si extimaueris aliquam materiam corporalem: velut ceram aliquam: in qua cum imprimis aliquam celaturam: totum pene transit illa celatura et illa forma in sua superficie et in suis interioribus: et infunditur: et illa forma manet in tota: et sic accedat tua estimatio ad intelligendum acquisitionem formarum rerum in illa essentia: que est similis materie: et est similis illi forme. ¶ Sed discernas hanc ab alijs materijs corporalibus: in hoc quod materie corporales artificiales non recipiunt formas: nisi in sua superficie tantum: non in profundo. In corporibus vero naturalibus fit econuerso: huiusmodi autem essentie non remanet sua essentia abstracta a formis intellectorum: ita vt sit eis quiditas discreta. Imo hec essentia fit ipsa eadem forma: quemadmodum si celaturam et cauationem (que est in cera: aliqua cubica vel sperica) putares infundi in eam: et pertransire per longitudinem et latitudinem eius: et profunditatem eius et per totum. Si contingeret tunc quod illa cera esset celatura ipsa: secundum hoc exemplum: oportet vt intelligas acquisitionem formarum eorum que sunt in illa essentia: quam vocauit Aristo. in libro de anima intellectum in po-

tentia. Quādiu enim in ipsa non fuerit aliqua ex formis eorum que sunt ipsa: est intellectus in potentia. Cum vero habeantur in ea forme eorum que sunt sm exemplum qd prediximus: fit ipsa essentia intellectus in effectu. Et hic est sensus de intellectu in effectu. Cum eniz acquirūt ab ea intellecta (que ipsa abstrahit a materijs) tunc illa fiunt intellecta in effectu que (priusq̄ abstraherentur a suis materijs) erant intellecta in potentia: sed cū abstrahuntur sunt intellecta in effectu: et fiunt forme illi essentie. Ipsa essentia eniz non fit intellectus in effectu nisi propter ea que sunt intellecta in effectu. ¶ Sed hoc ꝙ ipsa sunt intellecta in effectu: et ꝙ ipsa est intellectus in effectu: vnum et idez est. Sensus enī huius nostre dictionis qua dicimus ꝙ ipsa est intelligēs: non est aliud. nisi q: forme fiunt intellecta illi: ita vt ipsa sint eadem forma. ¶ Igit̄ intētio de h ꝙ ipsa est intelligēs in effectu et itellc̄s i effectu et itellc̄z i effectu vna et eadē intentio est et ad vnā eandemq̄ intentionem est. Intellectus enim qui erat intellecta in potentia anteq̄ essent intellecta in effectu: erant forme in materijs extra animam. Cū vero fuerint in effectu intellecta: tunc esse eorum (put sunt intellecta in effectu) non est esse eoruz prout sunt forme in materijs. Suum eniz esse in seipsis vel in materijs: non est suum esse: prout sunt intellecta in effectu. Nam eorum esse in ipsis comitantur cetera que adiunguntur eis: que aliqñ sunt vbi: et aliquando quādo: et aliquādo situs: et aliquādo quantum: et aliquando sunt qualia cum qualitatibus corporalibus: et aliquando agunt: et aliquando patiūtur. ¶ Cum autez sunt intellecta in effectu: remouent̄ multa ex his pdicamētis: esse igit̄ eoꝝ fit aliud esse: nō illud esse. Et tunc intellecta vel plura ex eis fiunt sic ꝙ intelligantur intentiones eoruz alijs modis. Uerbi gratia. vbi qd intelligitur in eis cum tu consideraueris intentionē eius: vel non inuenies in eis aliquid de itentione eius omnino: vel pones nomen (vt in eis fit) ꝙ faciet te acquirere aliam intentionem sm alium moduz. ¶ Cum igitur intellecta in effectu fiūt: tūc vnū de his q̄ hnt eē i mūdo sz ꝙ sūt itellecta i effectu: et q̄ sūt itellc̄s i effectu nūerant̄ eē de vniuersitate eorum que sunt. Natura enim omnium que sunt: est vt intelligātur: et vt fiant forme ille essentie: et postq̄ hoc ita est: tunc non est prohibituz quin hec sint intellecta inquantum sunt intellecta in effectu: et ipsa essentia fit intellectus in effectu: et intelligat etiam. ¶ Igit̄ id qd intelligitur nō est aliud ab eo qd est intellectus vel intelligens in effectu. Qd enim est in effectu intellectus: ob hoc est qd intellectum aliquid fit forma ei: et fit ipsa intellectus in effectu respectu sui ad illam formam tātū: sed est intellectus in potentia respectu sui ad aliud intellectum: qd adhuc non est sibi acquisitum: profecto fiet intellectus in effectu ꝓpter intellectum primuz et intellectuz scōm. Cum autez fuerit factus intellectus in effectu respectu omnium intellectoruz (sed ipsa est vnum de his que sunt) tunc ipsa anima fit ipsa omnia in effectu intellecta in effectu. Cum autem ipsa intelligit id qd est intellectuz in effectu: tunc non intelligit aliqd qd sit extra suā essentiam. imo intelligit suam essentiam. ¶ Palam igit̄ est ꝙ dum ipsa intelligit suam essentiam non acquiritur sibi aliquid: qd est cuius esse sit extra esse suum: cum ipsa sit intellecta in effectu: sed intelligit de sua intelligentia quiddaz. s. ꝙ eius esse est ipsuz intellectum qd est in sua essentia: fit igitur hec essentia sibi intellecta in effectu. ¶ Non fuit autez in nobis anima anteq̄ intelligeretur: nisi in intellectu in potentia: modo autem est intellecta in effectu: eo ꝙ intelligitur in effectu: et suum esse in seipsa est intellectus in effectu et intellectum in effectu: diuerso modo q̄ cum intellexerit hec eadem primo. Nec enim primo fuerūt intellecta: sic ꝙ fuerūt abstracta a suis materijs in quibus erat suum esse cum erant in potentia intellecta: et postea sunt intellecta secūdo: et tunc suuz eē nō est illud esse qd prius fuit: sed est esse separatuz a suis materijs: ita ꝙ sunt forme non in suis materijs: et sic sunt intellecta in effectu. ¶ Igitur intellectus in effectu cū intelligit intellecta que sunt sibi forme. scz sm ꝙ itellecta in effectu: sunt intellectus quem nos prius diximus esse intellectuz in effectu: tunc fit modo intellectus adeptus. Cum eniz fuerint h aliqua que sunt forme non in materijs: nec fuerūt vnq̄ forme in materijs: profecto hec cū intelligūtur fiunt aliqua intellecta: sed talia qualia erāt anteq̄ intelligerentur. Sensus autem de hoc (ꝙ ipsa intelligit aliquid) hic est: scz ꝙ ipsas formas que sunt i materijs abstrahit a suis materijs: et fit esse eius aliud a suo esse qd erat prius. ¶ Postq̄ igitur sunt hic res que non sunt in materijs: tunc illi essentie non est opus abstrahere eas a suis materijs omnino: sed sicut inuenit eas abstractas: sic intelligit eas admodum quo ipsa inuenit sui essentiam cuz est intellectus in effectu per intellecta que id non sunt in suis materijs. ¶ Fit igitur esse earuz (sm ꝙ sunt intellecte) intellectum 2m: et hoc esse eoruz tale est: quale erat anteq̄ intelligerentur intelligentia: et hoc est qd oportet intelligi de his que sunt forme non in suis materijs. Cum eniz h intelliguntur esse eorum in seipsis est ipsum esse eorum: cum ipse dicuntur intelligi tale quale est de nobis intellectum in effectu. hoc autez qd in nobis est intellectum in effectu tale est: quale dicit̄ de ipsis formis que non sunt in materia: nec fuerant in eis vnq̄: sed sm modum quo de eo qd est de nobis intellectum dicimus ꝙ est in nobis quo oportet vt dicatur de illis q sunt in mundo. ¶ Et ille forme nō possunt intelligi perfecte: nisi postq̄ acquisite fuerint ab intellectu omnia intellecta in effectu: aut plura ex eis: et vt itellectus adeptus acquiratur: et tunc fient ille forme intellecte: et fient quasi forme in intellectu sm ꝙ est intellectus adeptus: sed intellectus adeptus est quasi subiectum illis. ¶ Et intellectus adeptus est quasi forma itellectui in effectu. Intellectus vero in effectu est quasi materia et subiectuz intellectui adepto: et intellectus in effectu: quasi forma illi essentie: illa vero essentia est similis materie: et hinc icipiūt descendere forme vsq̄ ad formaz corporalez ylealem: et hinc incipiunt eleuari quousq̄ separent̄ a materijs paulatiz cū modis separationis separātis se. ¶ Si aūt sūt q̄ nullo mō sunt in materijs: nec fuerūt: nec erūt vnq̄ i materijs excedētes se in pfectiōe et separatiōe: et habuerint aliquē ordinē in eē: tūc cū ꝯsideratus fuerit stat⁹ eaꝝ: pfecto perfectior ex illis sm hanc viam erit forma minor quousq̄ veniatur ad minimum qd est intellc̄s adeptus. et deinde non cessabit descendere quousq̄ perueniatur ad materiam essentie: et ad eam vel id qd est infra eaz: de veris animalibus: et postea ad naturam: et deinde non cessabit descensus quousq̄ perueniatur ad formas elemētorum que sunt viliores ex formis in esse: et ideo subiectuz earum est vilius ceteris subiectis: et h est materia prima. Cum autem erexeris te a materia prima: gradatim peruenies ad naturam que est forme corporalis in materijs ylealibus: a quibus iterum ascendendo gradatim peruenies ad illam essentiam: et ascendendo superius peruenies ad intellectum adeptum: et tunc peruenies ad id qd est simile stellis sm comparationem tue erectionis a materijs ylealibus: a quo iterum cum erexeris te peruenies ad primum ordinem eorum que sunt separata. ¶ Ex quorum ordinibus primus est ordo intelligentie agētis

vnde intelligentia agens quā nominat Aristo. in tertio tractatu libri de anima est forma separata: que non fuit in materia: nec erit vnq̄: ex hoc ꝙ est anima intellectus in effectu: tota eius virtus est ad assimilandum se intelligentie intellecte adepte: que essentiam illam: (cum esset intellectus in potentia.) fecit esse intellectum in effectu: ⁊ ea que erant intellecta in potētia: fecit esse intellecta in effectu: cuius comparatio ad effectum qui est in potentia est sicut comparatio solis ad oculum qui est visio in potentia quādiu est in tenebris. Intentio autē de tenebris est illuminatio in potentia: vel priuatio illuminatiōis in effectu. Intentio vero illuminationis est irradiatio ex appositione lucidi. ¶ Cum igitur acquiritur lumen in visu ⁊ in aere: ⁊ in simili: tunc aer cum lumine: quod fit in eo: fit visus in effectu: ⁊ colores fiunt visi in effectu. ¶ Sed dico ꝙ visus non fit visus in effectu ob hoc solum ꝙ fit in eo lumen ⁊ irradiatio in effectu: sed quia cum fit in illo illa irradiatio. (fit enim irradiatio in effectu: ⁊ fiunt eorum forme visorū in lumine: ⁊ fit visus in effectu.) tunc imaginatur formas visorum: sed ante hoc necesse est preparari radios solis vel alterius rei: ad hoc vt stet irradiatum in effectu: ⁊ tunc qđ erat visus in potētia: fit visus in effectu. Principiū autem per qđ fit visus in effectu: postq̄ fuerit visus in potētia: ⁊ ea que erant visa in potentia sunt visa in effectu: est irradiatio que fit a sole in visu. ¶ Secundum hoc igitur exemplum in illa essentia que intellectus in potentia: acquiritur quiddā: cuius comparatio est: sicut comparatio irradiationis in effectu ad visum: ⁊ hoc tribuit ei intelligentia agens. Ergo ipsa est principiū: eo ꝙ ea: que sunt intellecta in potētia: facit esse intellecta in effectu. Et sicut sol est: qui facit oculum visum in effectu: ⁊ visa in potentia facit visa in effectu: cū lumine qđ confert eis. Sic ⁊ intelligentia agēs est: que trahit ad effectum intellectum qui est in potentia. ⁊ facit esse intellectum in effectu cū eo: qđ tribuitur ei ab illo principio: ⁊ per illam intellecta in potentia fiūt intellecta in effectu. ¶ Intelligentia vero agens illius speciei est: cuius est intellectus adeptus. Forme vero eorum separatorum que sunt supra eam: sunt in ea incessabiliter sine initio ⁊ sine fine: sed esse earum in ea est s̄m ordinem multo altius ab ordine: quo sunt in intellectu: que sunt in effectu: sed prior quātum ad nos: cum experiuerimus ad ea: que sunt perfectiora in esse ab his: que sunt minoris esse excellentior est: sicut dixit Aristo. in libro demonstrationum: eo ꝙ nos non erigimur ad ignotum nisi ab eo quod notius est apud nos. ¶ Qđ autem est perfectioris esse in se: illud est magis ignotum apud nos: ⁊ ignorantia nostra maior est de illo. vnde necessarium est: vt ordinatio illorum: que sunt sit in intellectu qui est in effectu econuerso: q̄ est in intelligentia agente. ¶ Intelligentia enim agens primum intelligit de his: que sunt id qđ perfectius post perfectius: ⁊ forme q̄ sunt hodie in materijs: sunt etiam in intelligentia agente: forma abstracta: non ꝙ prius fuerint in materijs: ⁊ deinde sint abstracte: sed quia nunq̄ cessauerunt esse in ea in effectu. ¶ Cum autem ipsa penetrat intelligendo materiaꝫ ⁊ ceteras naturas dat eis formas in effectu que erāt in seipsa: h̄ autem quod nos prius in hoc: sunt ille forme: sed h̄ non est possibile hic: nisi per esse generationis harum materierum. ¶ Hec autē forma in intelligētia agente est indiuisibilis: nec est mirum: si postq̄ intelligētia est non diuisibilis: fiant in eius essentia res non diuisibiles: ⁊ debet m̄ simile ei quod est in sua substantia: q̄uis non recipiat illđ nisi diuisibiliter. Et hoc est qđ iā ostendit Aristo. in libro suo. de anima ⁊ metaphysica.

¶ Sed hic est questio. scilicꝫ si possibile est hanc formā inuenire non in materijs: an ꝙ opus fuerit ponere eam in materijs: vel quomodo de nō esse perfectiori venit ad esse imperfectius. ¶ Sed fortasse dicet aliquis ꝙ non fuit hoc: nisi ob hoc: vt materie fierent perfectioris esse. ¶ Sed tunc sequitur ex hoc ꝙ he forme non fuerint genite nisi propter materiam: qđ est cōtrarium ei qđ videt Aristo. Uel forte dicet aliquis ꝙ hec omnia sunt in intelligentia agente in potentia. ¶ Sed per hoc ꝙ hic diximus in potentia: non oportet ꝙ intelligentia agens habeat in potentia recipere hanc formam: ⁊ postmodum fiat in ea: sed quia habet potentiam ponendi eas in materijs: ⁊ h̄ est potentia: vt agat in aliud a se. Ipsa enim est que ponit eas formas in materijs: ⁊ deide studet approximare eas separationi paulatim quousq̄ acquiratur intellectus: ⁊ fit substantia anime hominis vel homo: cū eo per qđ substantiatur propīquius ad intelligētiaꝫ agētē: ⁊ hic est finis vltimus: ⁊ vita alia qua acquiritur quidam per qđ substantiatur: ⁊ acquiritur perfectio eius vltima: qđ est vt agat in alium aliam actionē per qđ substantietur. ¶ Et hec est intentio de vita alia: q̄uis eius actio non fiat in alio: qđ fit extra suam essentiam. Igitur sua essentia ⁊ sua actio: ⁊ suum egere est vnum ⁊ idem: ⁊ tunc ad suam existentiaꝫ non indigebit: vt corpus sit sibi aliqua materia: nec ad aliquam suarum actionum indigebit adiuuari virtute animali que est in eius corpore: nec indigebit in ea instrumento corporali omnino. Minimus enim ex gradibus suis est. vt ad existentiaꝫ sui necessarium sit corpus esse sibi materiam: vt ipsa forme in corpore: supra hunc gradum existens ad sui existentiam non sit necesse corpus esse sibi materiaꝫ: q̄uis ad plures ex suis actionibus egeat vti instrumento corporali: ⁊ adiuuari virtute eius: scilicet sensu ⁊ imaginatione: per qđ autem perfectius est suum esse h̄ est: vt fiat s̄m dispositionem quā prediximus: sed ꝙ intelligentia agens hēat efficiam ostensum est in libro de anima. ¶ Uidetur autē ꝙ intelligentia agens nō semper agit: sed aliquando agit aliquando non: vnde sequeretur necessario ꝙ ad id quod ageret: ⁊ ad id quod non ageret est diuersarum cōparationū: ⁊ sic variaretur de comparatione ad comparationem. Si autem nō esset semper s̄m suaꝫ perfectionem vltimam: tunc non variaretur tantum de operatione ad operationem: sed variarentur tantum etiam in sua essentia eo ꝙ perfectio eius vltima esset in sua substātia aliquando in potentia: aliquando in effectu: ⁊ tunc qđ eēt in potentia: esset materia ei: quod esset in effectu. Sed nos iaꝫ posuimus eam separatam esse ab omni materia. Postq̄ igitur hoc ita est. tūc semper est in sua perfectione vltima. ¶ Ipsa vero necessario permutatur de comparatione ad comparationem: ⁊ tamen imperfectio nō est in sua essentia: sed cōtingit ei ob hoc ꝙ nō inuenit semper comparationes s̄m quas agit. scilicet vel quia materiam ⁊ subiectum in que agit preperata non inuenit: vel quia est impediens aliquid extra se: quod aliquando remouebitur. Ex hoc manifestatur ꝙ in illa non est subsistentia ad h̄ vt sit ipsa primum principium omnium eorum que sunt: vel eo ꝙ eget. vt detur ei materia apta in quā agat: ⁊ vt moueatur suum impediens: vnde non est in sua essentia: ⁊ sua substantia sufficiētia ad dandū omnibus rebus suas perfectiones. Igitur in sua substantia est defectus ad dandum rebus que non habent suas perfectiones. Id autem in cuius substantia est defectus nō habet in se sufficientiam ad hoc vt non sit suum esse aliđ principium: ⁊ vt sit res cuius eē sit per se ipsum: ita vt eē eius non sit ab alio a se. Sequitur ergo necessario: vt sit

alia causa que adiuuet in dando sibi materiam in quam agat. ¶ Palam autem quod subiecta in que agit intelligentia agens sunt vel corpora vel vires in corporibus generatis corruptibilibus. Iam autem ostensum est in libro de corruptione: quod cause que sunt partes corporum celestium ipse sunt principia prima agentia hec corpora. Ipse igitur dant intelligentie agenti materias et subiecta in que agat. ¶ Omne enim corpus celeste mouetur a motore qui non est corpus: nec in corpore omnino qui est causa esse illius: et eius per quod substantiatur: cuius ordo in esse quod est substantia sua est: secundum ordinem illius corporis. Motor igitur eius quod est perfectius inter illa est perfectior inter motores: perfectius autem in esse est celum primum. ¶ Igitur perfectior inter motores: est motor primi celi: sed quia motor primi celi fuit principium per quod fuit esse duarum rerum discretarum: quarum vna est per quam substantiatur primum celum: et est substantia corporea celestis. Altera est motor spere celestis stellarum fixarum: et hec est essentia: que non est corpus: nec in corpore: ideo non fuit possibile vt daret vtrumque illorum secundum vnum modum: et vnum aliquid in sua essentia: secundum quod per illud substantiatur: sed secundum duas naturas: quarum vna est perfectior altera: eo quod illa per quam dat id esse quod est perfectius: quod non est corpus: est perfectior ea per quam dat id quod est corporeum. ¶ Igitur ipsa non substantiatur nisi per duas naturas: quoniam ex illis vtrisque est suum esse. Igitur esse eius habetur in vnum: eo quod id in quod diuiditur causa est per quam substantiatur: igitur non potest esse: vt motor primi celi sit primum principium omnium que sunt: sed habet aliud principium necessario: et illud initium est perfectioris esse quam istud. Postquam autem motor primi celi non est in materia. Sequitur necessario: vt sit in sua natura. ¶ Intelligentia igitur ipsa intelligit suam essentiam: et essentiam eius quod est principium sui esse: igitur manifestum est: quod id quod intelligit de principio sui esse perfectius est quam sit sua natura: et id per quod intelligit suam essentiam: que est enim prima est minus: non est autem opus diuidi eius essentiam in duas naturas nisi in hac: sed principium quod est principium per quod substantiatur motor primi celi est vnum ex omnibus partibus necessario: nec potest aliquid esse perfectius eo: nec est ei principium. Ipsum igitur est principium omnium principiorum: quia principium primi omnium eorum que sunt. ¶ Et hec est intelligentia quam ponit Aristo. in littera in libro de metaphysica. ¶ Unumquodque etiam illorum etiam est intelligentia: sed ille est intelligentia prima: et etiam primum quod est: et verum primum et vnum primum: et omnes alie non sunt intelligentie: nisi per illum secundum ordinem. Considerare autem de his supra hoc quod diximus: est preter intentionem nostram.

¶ Explicit liber Alpharabij de intellectu et intellecto.

¶ Incipit liber Auicēne. de phia pᵃ: siue sciētia diuina.
¶ Caplm. I. De igsitiōe subiecti pme phie ad hoc: vt ostē datur ipsa esse de numero scientiaꝝ.

A Postq̄ auxilio dei expleuimꝰ tractatū de intētionibꝰ sciaꝝ logicaliū ⁊ nāliū: ⁊ doctrinaliū. ꝯuenientius est accedere ad cognitionem intentionuꝫ sapientialiū. Incipiamꝰ ergo auxiliāte deo ⁊ dicamꝰ ꝙ scie philosophice: sicut iam innuimus in alijs libris: diuidunt̄ in speculatiuas ⁊ actiuas: ⁊ iam innuimus differentias inter eas: ⁊ diximus ꝙ speculatiue sunt ille in qbus q̄rit pfici vtus aie speculatiua: per acqsitionē intelligētie in effectu. s. per adeptionē scie imagiatiue ⁊ creditiue: de rebus que nō sunt nr̄a opa: nec nr̄e dispōnes. In his ḡ finis est certitudo scie ⁊ opinionis. Scia enim ⁊ opio non sunt ex qualitate nostri opis: nec ex q̄litate initij nr̄i operis: sm ꝙ est initium nostri operis. ¶ Practice vō sunt ille in quibus primū q̄rit pfici virtus aie speculatiua per adeptionē scie imaginatiue ⁊ creditiue de rebus q̄ sunt nr̄a opa: ad ħ vt scibario ꝑueniat pfectio vtutis practice in moribꝰ. Et diximus ꝙ speculatiue cōprehendunt̄ in tres ptes. in nāles. s. ⁊ doctrinales ⁊ diuias. ⁊ ꝙ suū subiectū nāliuꝫ est corpa sm ꝙ mouent̄: ⁊ quiescunt ⁊ ꝙ de eis iquirit̄ sunt accidētalia que accidūt eis ꝓprie sꝫ hūc modū. Et qd̄ ē subm doctrinaliū est vel qd̄ est q̄titas pure vel qd̄ est hn̄s q̄titatē. Et dispositōes eius que inquiruntur in eis: sunt ea que accidūt q̄titati ex ħ ꝙ est q̄titas in diffinitione: quaꝝ nō iuenit̄ spēs mā̄e nec vtꝰ motus: ⁊ qd̄ diuine scie nō ingrūt nisi res sepatas a mā̄ sm
B existētiam ⁊ diffinitionē. ¶ Iam ēt audisti ꝙ scia diuia est in q̄ querit̄ de pmis causis naturalis esse ⁊ doctrinalis eē: ⁊ de eo qd̄ pēdet ex eis: ⁊ de cā causaꝝ. ⁊ de pnᵒ pncipioꝝ: qd̄ est deus excelsus: ⁊ ħ est: qd̄ potuisti attigere ex libris trāslactis: ex qbꝰ tn̄ nō plene patuit tibi qd certissime sit subm diue scie nisi aliquātula inuitiōe: quā trāscurri in libro logice de analeticis posterioribus si meministi. Et ꝙ in ceteris scientijs est aliqd: qd̄ est subm: ⁊ ꝙ aliq̄ sunt que ingrunt̄ in eis: ⁊ ꝙ principia aliq̄ concedūtur in eis: ex qbus cōponit̄ demōstratio. Sed tn̄ p ħ nō vē certificatus es: qd̄ sit subꝫ huius scie. s. an sit eēntia pmi pncipij ad ħ vt id qd̄ q̄rimus in ea sit cognitio ꝓprietatū ⁊ actionū eius: vel an sit alia intētio: ⁊ et iaꝫ audisti: ꝙ ħ est phia certissima. ⁊ phia pᵃ: ⁊ ꝙ ipa facit acqrere verificationē pncipioꝝ ceteraꝝ sciaꝝ: ⁊ ꝙ ipsa est sapiētia certissime. iā ēt audisti sepe: ꝙ sapia ē excellētior scia oibus sciētijs ad sciēdū id qd̄ ē excellētius scitū: ⁊ iteruꝫ ꝙ sapia est cognitio que est certior ⁊ ꝯueniētior: ⁊ iteꝝ ꝙ ipa est scia pmaꝝ causaꝝ totiꝰ: ⁊ tn̄ nō itellexisti qd eēt ħ phia vel ħ sapia: neq; si he tres diffōnes vel ꝓprietates sint vnius artis vl̄ diuersaꝝ: q̄ꝝ vnaq̄q; dicat̄ sapientia. Nūc āt nos māifestabimus ꝙ ħ scia in cuius via sumꝰ est phia pma: ⁊ ꝙ ipsa est sapia absolute: ⁊ ꝙ tres ꝓpetates per q̄s describit̄ sapia. sunt ꝓpetates vnius magisterij: ⁊ ꝙ ipsa est ipsiuꝫ magisteriū. ¶ Cōstat āt ꝙ oīs scia hꝫ subm suū ꝓpriū. Ingramus ḡ qd sit subm huius scie: ⁊ ꝯsideremus an subm huius scie sit ipse deꝰ excelsus: sed non est: imo ipse est vnum de his: que queruntur in hac scientia. ¶ Dico ergo impossibile esse: vt ipse deꝰ sit subiectum huius scie. qm̄ subm oīs scie est res. que ꝯceditur esse: ⁊ ipsa scia non inquirit: nisi dispositiones illius subis ⁊ ħ notum est ex alijs locis. Sed nō pōt cōcedi ꝙ deus C
sit in hac scia vt subꝫ. imo q̄situ est in ea. Qm̄ si ita nō ē. tūc nō pōt eē quin sit: vt cōcessum in hac scia. ⁊ q̄situꝫ in alia vel ꝯcessum in ista: ⁊ nō q̄situ in alia. Sed vtrūq; falsum est: qm̄ ipole ē: vt sit q̄situ in alia eo ꝙ alie scie sūt vl̄ morales vel ciuiles vel nāles vel doctrinales vl̄ logice: ⁊ nulla scia sapie est extra hāc diuisionē. In nulla āt eaꝝ q̄rit̄ an sit deus: q2 nō pōt eē ħ. vt in eis q̄rat̄: ⁊ tu scies ħ parua inspectione ex his que multotiens inculcamꝰ. nec etiam potest esse: vt nō sit q̄situ in alia ab eis sciētia. tunc enim eēt nō q̄situ in scia vllo modo. Igit̄ aut est manifestum p se: aut dspatū p se. ꝙ nō possit māifestari vlla speculatione. Non est aūt manifestū per se: nec est desparatū posse māifestari: q2 signa hēmꝰ de eo. ¶ Amplꝰ zᵃ rō: qm̄ id cuius manifestatio despat̄: quō pōt ꝯcedi esse eiꝰ? Restat ergo: vt ipsum inquirere nō sit: nisi huius scie. de eo āt inquisitio fit duobus modis. vnus est quo inquiritur an sit. alius est quo inquirunt̄ eius ꝓprietates. Postquā autem ingritur in hac scia an sit. tunc nō pōt esse subiectum huius scie. nulla. n. sciaꝝ debet stabilire eē suū subiectū. In primo etiā ostēdā ꝙ an sit nō pōt q̄ri: nisi i hac scia. Manifestū est enim ex dispositiōe huius scie ꝙ ipa ingrit res sepatas oino a mā̄. Iā ēt significaui tibi in naturalibus: ꝙ deus est nō corpus: nec virtus corporis: sed est vnum separatū a materia: ⁊ ab oī cōmixtione omnis motus. Igitur ingsitio de eo debet fieri in hac scientia: ⁊ ꝙ de ħ apprehēdisti in nālibus erat extraneū a nālibꝰ: q2 ꝙ de ħ tractabatur in eis nō erat deus. sed volumus per ħ accelerare hoiem ad tenēduꝫ eē primū pncipiū: vt per ħ augeret̄ desideriū addiscēdi scias: ⁊ ꝑueniendi ad locū in quo certius possit cognosci.

Postq̄ aūt necesse est: vt ħ scia subꝫ habeat: ⁊ mōstratū est illud qd̄ putabatur esse subm eius nō esse suū subiectuꝫ: tunc queramus an subm eius sint vltie cause D
coꝝ que sī: an oēs quatuor simul: an vna tm̄.
Sed ħ nō debet dici quāuis iam ħ qdam putauerunt. Nam ꝯsideratio de oibus q̄tuor causis nō pōt esse quin sit de illis iquātū hn̄t esse: vel iquātuꝫ sunt cause absolute: vel inquātū vnaq̄q; eaꝝ quatuor est illius modi q ꝓprius est sibi. s. vt ꝯsideratio de illis sit sꝫ ꝙ vna ē agēs ⁊ alia patiēs: ⁊ illa alia est aliud: vel sm ꝙ fit ex cōiūctōe illaꝝ. dico autem ꝙ si bene consideretur nō possunt eē subiectū huius scie inquātū sunt cāe absolute: ita vt intētio huius scie sit ꝯsiderare ea: que accidunt causis inquātum sunt cause absolute: ⁊ ħ patet multis modis: quorū vnus est. s. q2 hec scia inquirit intētiones que nō sunt ex accidētibus proprijs ipsaꝝ causaꝝ inquātuꝫ sunt cause. Inquirit enim vl̄e ⁊ particulare potentiam ⁊ actum possibile ⁊ necesse ⁊c̄. Manifestissimum est autēꝫ ꝙ ħ talia sunt in se ꝙ ingsitio per se debet fieri de illis: nec sunt ex accidētibus que sunt propria rebus naturalibus: nec doctrinalibus: nec cadūt inter accidētia: que sunt ꝓpa sciarum practicaꝝ. Restat igit̄: vt ingsitio sit de illis in scia: que est extra pdictā diuisionē: ⁊ illa est ħ scia: ⁊ ēt: q2 scia de causis absolute acqrit̄ post sciam qua stabiliunt̄ cause reꝝ causas hn̄tiū. dū. n. nos nō stabilierimus esse causaꝝ causataꝝ a rebus alijs sic vt esse causaꝝ pendeat ex eo: qd̄ pcedit in esse non sequetur apud intellectū eē cause absolute. Sed ħ est causa vna: quāuis sensus inducat. vt due cause concurrant. Sed licꝫ cōcurrant: non minꝰ E
tamē vna debet eē causa alterius: persuasio. n. que aduenit aie ex assiduitate sensus: ⁊ experientie non est cogens

sicut scisti: nisi per cognitionem: qd in pluribus ex rebus
que sunt naturales et electionis contingit h. et h certe est
appositum ad stabiliendum causas. Concedere.n. ee causas
et occasiones non est manifestum primum sed probabile. iam
aut scisti differentiam inter h duo. Nam si nõ plene fuerit ma-
nifestum per se apud intelligentiam: quicquid cepit hz principium
aliquod. ideo debet esse manifestum per se: sicut multa ex geo-
metricis: per que probant cetera in libro Euclidis. Deinde de-
monstratio vel demõstratiua manifestatio non est ita in
ceteris scientiis. vnde debet ee in hac scia. quo igitur pt ee.
vt illud sit subiectum scie: inter cuius inquisitiones quirantur
dispositiões eius cuius ee est quesitum in ea: Qd cum ita sit ma-
nifestum est: quod nõ est inquisitio de illis inquantum vnaqueque ca-
rum hz ee proprium: vt h sit quesitum in hac scia. Nec est etiã in
quantum sunt coniunctio aliquã: et oio non dico cõiunctum: nec
vle: eo quod consideratio de partibus coniunctionis prior est: quam
consideratio de coniunctione: quamuis non sit ita in particulari-
bus vlis scdm respectum quẽ in logica nosti: vnde oz hri conside
rationẽ de ptibus. Sed vel in hac scia: et tũc conueniẽs eẽt
eas esse subm eius: vel in alia. sed in alia scia esse non pt.
Nulla.n. alia inquirit de causis vltimis nisi ista scia: si aut
cõsideratio de causis fuerit inquantum hñt esse. et de oi eo:
qd accidit eis scdm hunc modum: oportebit tunc vt ens in-
quantum est ens sit subiectum: qd est conuenientius. Mon
strata est igitur destructio illius opinionis qua dicit quod
subiectum huius scie: sunt cause vltime. sed tñ debes scire:
quod he sunt cõpletio et quesitum eius.

¶ Caplm. II. De stabiliẽdo subm huius scie.

A Oportet igitur: vt monstremus qd sit
subm huius scie sine dubio: ad
h: vt pateat nobis que sit intẽtio huius scie.
Subz nalis. ¶ Dico ergo quod subiectum scie naturalis est cor-
pus non inquantum est ens: nec inquantum est sub-
stantia: nec inquantum est compositum ex suis duobus princi-
piis: que sunt yle et forma: sed inquantum est subiectum motui
et quieti. Scie vero que sũt sub scia naturali remotiores
Subz doctrinalis. sunt ab h: silr et morales. ¶ Subiectum vo scientie doctri-
nalis est mensura siue intellecta absqz materia siue intel-
lecta in materia: et numerus siue intellectus absqz mate-
ria siue intellectus in materia. Non.n. inquirit stabilire
an mensura vel numerus intelligatur absqz materia vel
in materia. Sed consideratio de his est de dispositionibus
eorum que accidunt eis post positionem eorum hoc. Scien-
tie vero que sunt sub disciplinabilibus cõuenientius ẽ. vt
Subm logice. non considerent nisi de accidentalibus partibus posita:
que sunt minus cõia quam ipsa posita. ¶ Subiectum vo logi
ce: sicut scisti sunt intentiões intellecte scdo: que apponun-
tur intentionibus primo intellectis scdm quod per eas peruenit
de cognito ad incognitum: non inquantum ipe sunt intellecte
et habet esse intelligibile: qd esse nullo mõ pendet ex ma
teria: vel pendet ex materia: sed non corpea. Non fuerũt
aut alie scie preter has. ¶ Deinde consideratio de substãtia
inquantum est ens vel est suba. vel de corpore inquantum ẽ sub-
stantia: et de mensura et nũero inquantum habent eẽ: et quo-
modo habent esse: et de rebus formalibus: que non sunt
in materia vel si sunt in materia: nõ tñ corpea: et quomo-
do sunt ille: et quis modus est magis proprius illis separatim
per se debet haberi. non.n. potest esse subm alicuius scia-
rum de sensibilibus: nec alicuius sciẽtiarum de eo quod habz
B esse in sensibilibus. Nam estimatio est expoliatio a sensi
bilibus: h aut sunt de vniuersalitate eorum: que hñt esse se
paratum a materia: manifestum est.n. quod eẽ substãtie inquan
tum est suba tñ: non pendet ex materia: alioquin nõ eẽt
substãtia nisi sensibilis: numerum etiam accidit esse in sen-
sibilibus: et in non sensibilibus: vnde numerus inquantum
numerus est: non pẽdet ex sensibilibus: nec ex insensibi-
libus: mensura etiã cõe nomen est. quia mensura vel in-
telligitur dimensio: que constituit corpus naturale vel intel
ligitur quantitas continua: que dr de linea et supficie et corpo-
re terminato. Tu aut iã scisti drñã iter h duo. Nulla aut
earum est sepata a materia: mensura vo scdm primã acceptio-
nem quamuis nõ sit sepata a materia est tñ principium essen-
di corpa naturalia. Nec tñ ob h põt esse. vt cõstitutio eo
rum pendeat ex ea: quasi ipsa det eis cõstitutionez ipsorum:
tunc.n. precederet in esse ipsa sensibilia: sed nõ est ita. Fi
gura et accidentale et concomitans esse mº postquam subat cor
pus finitum cuius spacium est supficies finita: extremitates
et sunt sub mensura: inquantum materia pficit p illas: et po-
stea comitant. Postquam aut ita est. nũc figura non habet eẽ
nisi in materia: nec est prima cã in esse veniendi ad effectum:
mensura vo scdm acceptionẽ scdam considerat scdm eẽ suum:
et scdm sua accidentalia. Sed consideratio de ea scdm eẽ suum:
et de quo mõ eẽndi: et de qua diuisione eẽndi sit: non ẽ eẽ
vt consideratio de eo: qd pendet ex materia. Subm autez
logice scdm se manifestum est eẽ preter sensibilia: manifestuz
est igit quod h oia cadant in scientia: que profitet id cuius cõ
stitutio non pendet ex sensibilibus. ¶ Sed nõ põt poni
eis subm cõe: vt illorum oium sint dispositiones et accidẽta-
lia cõia nisi eẽ. Quedã.n. eorum sunt sube: et quedam quantitates
et quedam alia pdicamenta: que nõ pñt hre cõez intẽtõez:
qua certificent nisi intentionẽ essendi. Silr et sunt res que
debent diffiniri et verificari in aia: que sunt cões in scien
tiis: nulla tñ earum tractat de eis: sicut ẽ vnũ inquantum ẽ vnũ:
et multum inquantum est multum. conueniẽs et icõueniẽs. Contrarium etc.
De his.n. mentionẽ tñ faciũt et inducũt diffinitiões eorum:
nec tñ loquunt de mõ eẽndi eorum: qz h non sunt acciden
talia propria alicui suborum aliarum sciarum particularium: nec sunt
de rebus que hñt esse nisi proprietates esse essentialr. Nec
sunt et de proprietatibus: que sũt cões omni rei sic: vt vnuz
quodqz eorum sit cõe oi rei: nec pñt eẽ propria alicuius predi-
camenti: nec pñt esse accidẽtalia alicui nisi ei: qd est esse
inquantum est eẽ. Igit ostensum est tibi ex his omnibus quod ens C
inquantum est ens cõe est oibus his: et quod ipsum debet poni Subiectum metaphy.
subm huius magisterii: et qz non eget inquiri an sit: et qd
sit quasi alia scia preter hanc debeat assignare dispõnez
eius ob h qd incõueniens est: vt stabiliat suum subiectum
an sit et certificet quid sit scia cuius ipsum est subiectuz:
sed potius oportet concedere tñ: qz est et quid ẽ. Ideo primum sub-
iectum huius scie est ens inquantum est ens: et ea que inquirit sunt
consequentia ens inquantum est ens sine conditione aliquã: quorum
quedã sunt quasi spẽs vt suba quantitas et qualitas. quoniã eẽ
non eget diuidi in alia priusquam in ista. sicut suba eget diui
di in alia antequam perueniat ad diuidi in hoiem et non ho-
minem: et ex his quedã sunt ei quasi accidẽtalia propria. sic
vnum et multum potẽtia: et effectus: vle et particulare: possibi
le et necesse: per h autem quod ens recipit h accidentia et co-
aptatur illis: non est necesse illud proprie fieri vl natura- D
le vel disciplinale vel morale vel aliquid aliorum. ¶ Põt Dubita.
autez quis dicere quod postquam ens ponitur subiectum huius
scientie: tunc nõ potest esse: vt ipsa stabiliat esse principia
essendi. Inquisitio.n. omnis scientie non est de principiis:
sed de cõsequentibus principiorum. ¶ Ad qd respondemus Solu.
qd speculatio de principiis non est nisi inquisitio de con
sequentibus huius subiecti: quia ens h: vel illud inquan-
tum est principiuz non constituitur ab eo: nec prohibet:
sed comparatione nature entis absolute est quoddã ac-
cidentale ei: et est de consequentibus: que sunt ei propria: princi
pium.n. non est cõius quam ens quasi consequat cetera consequu
tione prima. Nec etiam necesse est: vt sit naturale vel di-
sciplinale vel aliquod aliud ad hoc: vt accidat ei esse prin-

Alia solu cipium. Deide pricipium nō est pricipium oium entiuz.
si.n.oium entium eēt pricipium.tūc eēt pricipium supp
situz:ens aūt in se absolute nō habet pricipiuz.sed habet
pricipium vnūqdq3 eē qd scitur:pricipium igitur est pri
cipium aliquibus entibus. quapp h scia nō erit iquirēs
pricipia entis absolute.sed pricipia alicuius entiū.sic pn
cipia ceteraꝝ sciaꝝ particulariū.Quia.n.cetere scientie
nō pbēt eē pricipioꝝ suoꝝ coiū.(hūt.n.pnc' in quib' cō
Diuisio. municāt oēs:de quib' vnaqueq3 eaꝝ tractat.) ipse tn̄ p
E bant eē pncipioꝝ eaꝝ reꝝ que sunt in eis. ¶ Sequit er
go necessario:vt h scia diuidat in partes quaꝝ qdā inq
rit causas vltimas igitur sunt cause ois eē causati iquā
tum est eē:ꝛ alie inquirūt cāz pmam ex qua fluit oē esse
cātum iquātū est eē causatū:nō inquātū est eē mobile vl
qntitatiuū:ꝛ qdā alie inquirūt dispositiōes que accnt eē:
ꝛ qdā inquirūt pricipia sciaꝝ particulariū. pricipia eniz
vniuscuiusq3 sciaꝝ minus coiū qōnes sunt in scia coioꝛi:
sicut pncipia medicine in naturali:ꝛ pricipia mēsuratio
nis in geometria. Cōtingit enim.vt in hac scientia mon
strentur pncipia singulariū sciaꝝ:que inquirunt disposi
tiones vniuscuiusq3 esse. Igitur h scia inqrit dispositio
nes eē:ꝛ ea que sunt ei qsi ptes ꝛ spēs quousq3 puenit ad
appropriationē:ex qua puenit subiectū naturalis:igit p
mittimus illā appropriationē ei. Et appropriatione ex q
pucnit subiectū disciplinale pmittam' ei.ꝛ silr ceterl:id
aūt qd precedit illud subiectū.ꝛ est ei:sicut pricipiū nos i
Nō hui' scie. quiremus ꝛ stabiliemus eius dispositiones: igitur qōes
huius scie quedā sunt cause esse: iquātū est esse causatū:
ꝛ quedā sunt accidētalia eē.ꝛ quedā sunt pn' sciaꝝ singu
lariū.ꝛ scia hoꝝ qritur in h magisterio. ꝛ h ē phia pria.
qꝛ ipsa est scia de pma cā eē. ꝛ h est pma cā. sed pma cau
sa vniuersitatis est eē ꝛ vnitas:ꝛ est etiā sapia que ē nobi
F lioꝛ scia qua apprehendit nobilius scitū. Nobilioꝛ vero
scia.qꝛ est certitudo veritatis ꝛ nobilius scitū. qꝛ est de'
ꝛ cause que sunt post eū:ꝛ ēt cognitio causaꝝ vltimaruz
Quid sci entia di uina. ois eē.ꝛ cognitio dei.ꝛ propterea diffinitur sciētia diuina
sic.qꝫ est scia de rebus separatis a materia diffinitione ꝛ
diffinitionibus.qꝛ ens iquātū est ens.ꝛ pncipia eius ꝛ ac
cidentalia eius iquātū sunt:sicut iam patuit nullum eo
rum est.nisi precedens materiaz.nec pendet esse eius ex
esse illius. Cuz aūt inquiritur in hac scia de eo qd nō pce
dit materiā:non inquiritur in ea nisi sm h qꝫ eius eē nō
eget materia. ¶ Eoꝝ aūt que inquirunt in ea quatuoꝛ
sunt:quoꝝ quedā sunt separata a materia:ꝛ ab appendi
tys materie oino.ꝛ quedam sunt cōmixta materie.s3 ad
modum quo ꝯmiscetur causa constituens ꝛ precedens.
materia.n.non est cōstituens illa:ꝛ quedā sunt que inue
niuntur in materia:ꝛ nō in materia:sicut causalitas ꝛ vni
tas:qpropter ea que hūt cōiter iquātū sūt talia:sūt qꝫ ad
certificationē sui non est opus esse materia: oia aūt com
municāt in h qꝫ eē eoꝝ non eē materiale.s. vt eē eoꝝ sit
ex materia.ꝛ quedā sūt res materiales:sicut mot' ꝛ gen:
sed de eis non inquiritur in hac scia sm qꝫ sunt in mate
ria:sed sm esse qd habēt. Cū igitur h pars diuisionis ac
cepta fuerit cū alys ptibus diuisionis.tunc omnes com
municāt in h qꝫ inquisitio de his non est. nisi s3 modu3
quo eē eoꝝ non est existēs per materiā: ꝛ sicut in sciētys
disciplinalibus ponunt id qd est interminatū per mā3:ꝛ
inquisitio ꝛ ꝯsideratio de eo est illi' modi:s3 qꝫ id qd q
ritur de eo pendet ex materia.ꝛ h inquisitio nō est disci
plinalis.sicut est dispositio h: monstratum est ergo que
.4.meta. tex.5. sit intentio in hac scientia. ¶ Hec autem scientia cōicat
cū topica ꝛ sophistica:simul i aliquibus. ꝛ differt ab eis
G simul in aliqbus:ꝛ differt ab vnaquaq3 eaꝝ in aliquib'.
cōicat.n.cū eis in h qꝫ de eo qd h iquiritur:nullus actoꝛ
singulaꝝ sciaꝝ tractat:nisi topicus ꝛ sophisticus.differt
vero ab eis:simul in h qꝫ phs primus inquātuz est phs
primus nō loquitur de questionibus singulaꝝ sciētiaꝝ:
illi vero loquuntur.differt etiā a topico per se in fortitu
dine vel potētia:eo qꝫ verbis topici acqrit opionē nō cer
titudinem.sicut nosti ex magisterio logice. Differt ēt a so
phistico in volūtate eo: qꝫ h querit ipsam veritatem:ille
vero querit putari sapiens in dictione veritatis quāuis
non sit sapiens.

¶ Capitulum.III. De vtilitate huius scientie: ꝛ ordine ꝛ eius nomine.

DEbes meminisse qꝫ in scientys que pce
dunt hāc iā cognouisti:que sit dif A
ferentia inter vtile ꝛ bonū ꝛ nociuū ꝛ maluz:
qm vtile in se est occasio ꝯiuncta: que p se du
cit ad bonū:vtilitas vero est intentio que per
ducit de malo ad bonū. Nociuum vo in se est occasio: q
per se ducit ad malū. Nocumentum vo est intentio que
perducit de bono ad malū:postq3 aūt h ita est tūc iā scis
qꝫ oēs scie cōicāt in vna vtilitate.s.que est acqsitio perfe
ctionis humane aie in effectu ppar ātis eā ad futurā feli
citatem. Cū aūt de vtilitate inquirit in pncipys sciaꝝ ce
terum nō est intētio eaꝝ pducēdi ad h.s.vt adiuuāt se adi
uicem:ad h vt vtilitas proueniat per quā certificet sciē
tia alia ab ea:vtilitas igitur sm hāc intentionē dr absolu
te:ꝛ dr ppꝛie.absolute.s.vt sit adducēs ad certificationez Vtilitas du plex:absolu ta:ꝛ ppꝛia.
alterius sciētie quocūq3 modo.proprie vero: vt sit addu
cens ad excellētioꝛem:que est ei.sicut finis:qꝛ est pp eaz:
sed non conuertitur. Si igitur acceperimus vtilitatē ab
solute: profecto h scia vtilitatē habet. Sed si ppꝛie:certe
h scia adeo alta est: qꝫ ipsa non dignatur esse vtilis alys
scientys. Cetere vero scie pficiunt in ea. Cū aūt vtilitas
absoluta diuidatur in duas diuisiōes: necessario diuidit B
in tria:quoꝝ vnum est id ex quo prouenit aliud meli' eo:
aliud ex quo prouenit aliquid sibi equale:aliud vero ex
quo prouenit aliquid inferius eo. Et h tertiū pdest pro
fectui eius qd est infra se. Cum vero iquisierimus nomē
propꝛium huius tertij: ꝯuenientius est vt dicatur efflu
xio vel profectus vel dominatio vel procuratio vel alia
his similia cū fecerimus inductionē de dictionibus con
uenientioꝛibus huic capitulo excepta causalitate:vtilitas
autez propria pene seruitus est:sed vtilitas que prouenit
ex nobilioꝛe in ignobilius:nō est similis seruituti. Tu.n.
